



1623, 1

No. 2.

DISPUTATIO IURIDICA

De

GENERE JUDICII,  
AC QVIBVSDAM PERSONIS,  
ACTORE ET REO, HISQVE SVB  
SERVIENTIBVS PERSONIS, ADVOCATIS,  
PROCVRATORIBVS, ET SYNDICIS  
SVBIECTVM ILLIVS EX PARTE CON-  
STITVENTIBVS.

5/

Quam

D. O. M. D. & A.

SVB PRAESIDIO

Viri

Clarissimi ac Consultissimi

D. N.

IOANNIS THOMAE CLVDII

ICti, & in Illustri hac Academia Iulia Professoris Pu-  
blici ac Ordinarij, Praeceptoris ac Promotoris  
sui summè suspiciendi &c.

Publicae disquisitioni  
subyciet

7/

IOACHIMVS VVECKE

Hannoveranus

Ad diem 3. Mens. Maij.


In novo Iuléo

Horis tam ante: quam post meridianis.

HELMÆSTADT,

Typis heredum IACOBI LVCI,

Anno clb Is cXXIII.



Quæstionem ac litterarum munitur Virum Dr. Alberti  
Hockenberg. Lt. Card. n. r. m. m. amicis vobis  
et sincero animo color d. m. ad ventilationem  
harum thesauri peramante mital







*Magnifico Nobilissimo ac Strenuo  
Viro DN.*

L V C A E Langemantel von Sparren  
Serenissimi Principis ac Domini Dn. FRID. VL-  
RICI Ducis Brunovicensis & Lunæburg. Satrapæ  
in Ducatu Calenbergico supremo, & Consi-  
liario intimo.

*Magnificis Amplissimis ac Consultissimis  
Viris Dnm.*

HILDEBRANDO GISELERO  
RVHMANNO ICTo eminentissimo eiusdem Prin-  
cipis Consiliario præcipuo ac Dicastrij Guelphici Adfes-  
sori dignissimo, Adfines exoptatissimo &  
æternum honorando.

VVVLBRANDO à RHEDEN ICTo  
eximio & Advocato celeberrimo.

NEC NON

*Clarissimo Prudentissimo & Excellentissimo  
Viro Dn.*

OTTONI VVECKEN Ll. peritissi-  
mo, & Senatori Reipubl. Hannoverensis prima-  
rio, Patruo suo plurimum æstimando.

*Dnm. Patrenis ac Mecænatibus suis  
Opt. Max.*

Exercitium hoc Iuridicum  
Dedicat.

IOACHIMVS VVECKE  
*Author.*







per judicem reposcere, in l. extat 13. ff. quod met. causa. & l. Iulianus ait 17. ff. de Iudic. sed si quis petitiones se habere existimet, actionibus experiri jubet, d. l. 13. pœna adversus vim variè constituta. l. sed & partus 12. §. Iulianus 2. ff. eod. §. ita tamen 1. Inst. vi bonor. rapt.

Aktionen dantur ut suum quisque consequatur.

VII. Actiones igitur dantur, quibus, quod nobis debetur ab alijs, invitis etiam, consequi possimus.

Illæ in iudicio exercentur.

IX. Illæ autem cum non nisi in iudicio exercentur: nemo eas instituere, proindeque nec suum consequi poterit, nisi qui, quid sit iudicium, & quæ ad ejus perfectionem requirantur, probe cognoverit.

Utilitas & necessitas materiae.

X. Necessaria hæc sunt, ut pote cum in iudicijs suum cuique tribuatur, atque ita litibus, super rebus nostris, aut nobis debitis, agitis, quibus non tantum propter sumptus in ijs faciendos splendida patrimonia cito devorantur, sed quod maximum est, quies & pax mortalium interpellitur ac turbatur, quam citissime finem imponant.

XI. Quo magis itaque tranquillitas & felicitas vitæ amplectitur, eo magis lites detestandæ erunt, rectaque iudicia, quæ illas dirimunt, probanda & magis magisque necessaria existimanda.

XII. Optime hæc intelligens Philosophus, tertiam summamque Reip. optimè constitutæ partem in iudicijs consistere docuit. libr. 4. Polit. 14. & 7. cap. 8.

XIII. Et Imp. nostri sacratissimi, qui omnem sententiam mentem, laboreque suos ad summam Reip. salutem ac tuitionem retulit. l. vn. de Cod. Justin. conf. l. vn. pr. de emend. Cod. Justin. (sicut Imperialis benevolentiae proprium est, nec ulli magis convenit, nec alius etiam ei rei sufficit, quam Cæsar. l. nam salutem 3. pr. ff. de Offic. pref. vigil. commoda subjectorum investigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi. 2. feud. tit. 52. cap. 1. ut regni utilitas incorrupta persistat, & singulorum status jugiter servetur illæsus. 2. Feud. 55. c. 1.) unicam in legibus lanciendis curam fuisse, prolixitatem litium amputare, ut in omnibus iudicijs citior litium decisio fiat ex l. vn. de nov. Cod. fac. patet.

XIII. Hujus igitur materiae cum tanta necessitas & utilitas tan-





tanta sit, unusquisque, istius cognitionem ut sibi quam optime comparet, merito allaborabit: Et nos etiam non ingratum aut inutilem laborem fore, confidimus, si de ista impræsentiarum aliquid agamus.

XIV. Cum autem propter materierû, quas continet, multitudinem, amplitudo istius tanta sit, ut una aut altera disputatione commode comprehendi nequeat, /quasdam saltem personas, subjectum Iudicij ex parte constituentes, ut Actore & Reum hisq; personas subservientes, Advocatos, Procuratores, & Syndicos, considerabimus.

De quibus hac disput. agetur. /geny et

XV. Iudicium, quod q. Iuris dictio dicitur in *c. forus de V.S.* à iure dicendo profluxit. Ius autem dicendi potestatem denotat audiendæ causæ, & sententiam justam proferendi, quam deniq; & exequi, & quod suum est, cuiq; addicere quis potest. *Calvinus in lexic. verb. Iudicium.* Hinc iudicare & jus dicere pro eodem sumitur in *l. hoc edicto 2. ff. quod quisq; iur.*

Notatio vocab. Iudicij.

XVI. Ius dicendi autem nomen cum alijs locis & causis, quam forensibus applicetur, cum de iure dicere & ratiocinari extra disceptationem forensis possimus, iudicij vocabulum, ut ad plures porrigeretur acceptiones, fecit.

XVII. In illas ut inquiramus necesse est, exponentes hujus vocabuli significationem instituto nostro accommodam: Quod, nisi fecerimus, dubium, ut ait Aristoteles, erit, utrum dicere velimus eorum, quæ declarantur eo verbo, quod multis modis dicitur. *s. Top. 2.*

XVIII. Non tamen in omnes, neq; id attinet, cum cognita istius saltem vocabuli, qua usuri sumus, significatione, ambiguitate sublata, errorem parere nequeat: Sed eas tantum, quarum cognitio proposito potissimum nostro inservit, maximamq; cognationem cum illa, quæ hujus loci est, significatione habent, adducemus.

XIX. Sumitur vero I. pro sententia *c. personas 4. decret. de appellat.* II. pro discussione *c. forus de V.S.* III. pro foro *e. quanto 3. decret. de Iudic.* IV. pro actione *S. si familia 4. Inst. de Offic. Iudic.* V. pro tota tractatione quæ ab actore iudice & reo fit.

Ambiguitas vocab. Iudicij.



XX. Etsi autem ad essentiam iudicij omnino requiritur, ut causa in iudicio à partibus discutiatur, secundum quam deinde iudex, uti juris ratio postulat, sententiam ferat; verum cum illa discussio iudicium solum non constituat, sed oporteat quoq; accedere sententiam iudicis, à qua iudicium potissimū dictum fuisse videtur. *Donell. 17. Comm. 3. & ad pr. Inst. de Act. n. 8.* secunda quam posuimus, vocabuli acceptio, huc non quadrabit.

XXI. Sed nec prima & tertia; hæc quod locus in quo exercetur iudicium, à iudicio ipso distinctus: illa quod sententia non solum iudicium perficiatur, sed oporteat illam causæ disceptationem præcedere, ut ex seqq. patebit.

Propria significatio huius loci.

XXII. Nec quarta accommodata est: Illā namq; persequimur in iudicio id, quod nobis debetur. Non poterit ergo esse iudicium ipsum. Quintam itaq; significationem instituto nostro quam maxime convenire arbitramur, quæ totam illam tractationem Actoris, Rei, & Iudicis designat.

Investigatur iudicium esse ad iudicationem.

XXIII. Hæc tractatio eò nunc dirigitur, eiusq; ut ante diximus, finis est, ut, quod petitur, vnicuiq; quod debetur, publica autoritate tribuatur.

XXIV. Si enim cuivis permetteretur, suam propria autoritate sibi vendicare, quid aliud esset, quam bona & salutem tenuium exponere avaritiæ ac libidini potentum, cum facile extituri essent, qui prærextu debiti, aut juris in re quadam sibi constituti, tenuioribus per vim bona sua eriperent, illosq; jure suo privarent.

XXV. Nec hoc saltem, magnis quoq; tumultibus occasionem præberet. Nemo namq; privatorum privati vim facile ferret, sed vim illatam majori sæpe vi repellere conaretur.

XXVI. Unde non solum contentiones acerbæ, sed pugnæ etiam atq; cædes; & si inter potentiores res ageretur, factiones, seditiones & intestina bella Reip. perniciosissima orirentur. *Donell. eleganter. 17. Com. 3.*

XXVII. Hisce igitur ut jus nostrum mederetur, finemq; suum per legitima media in subiectum introduceret, iudiciorum vigorem, jurisq; publici tutelam in medio constituit, ne quis-



quisquam sibi metipſi permittere valeat ultionem *l. nullus*  
*1.4. C. de Indeis.* Magistratumq; qui cum in aliis partibus Remp.  
gereret, tum vel maxime huic rei præfixit, vt auditis postula-  
tis & desiderijs, jus populo redderet. *l. necessarium. 2. §. post origi-*  
*nem 13. de O. I.*

XXIIX. Iudicis hoc solius officium est, quem necessitas te-  
net cognoscendi & adjudicandi *l. hac lege. 2. C. de sentent. peric. recit.*  
Ex quibus patet iudicium esse adjudicationem.

XXIV. Cæterum cum leges non de hoc vel illo singulari Iudicium  
facto, sed de toto genere præcipiant, seu vt ait Ictus *in l. iura* esse disce-  
*8. ff. de L.* non in singulas personas, sed generaliter constitutæ ptiationē  
sint, nec proinde ita statim ac prima fronte, cum res petitur, investig.  
patescat, quomodo res contigerit, quæq; vnde quæq; eius sit Leges ge-  
ratio, cum fieri possit, vt quod petitur, jure petatur, & falso neraliter  
contra, jus aliquod sibi deberi, intendere quis possit, ne in- præcipiunt.  
juria alicui ex partibus fiat, non statim illum, cui de re quæq;  
individuificâ, quod in specie præceptum erat, potestas statu-  
endi data est, vim adhibere placet, alterutrumq; horum absq;  
causæ cognitione absolvere vel condemnare, sed ordine ac Cognitio  
via, vt scilicet partium allegationes audiat, ipsarumq; quali- causæ ne-  
tatem plena inquisitione examinet atq; excutiat *l. indices oportet* cessaria.  
*9. C. de iud. l. index. qui 5. C. Com. Epistol. l. hac lege C. de sentent.*  
*ex peric. recit.*

XXX. Quæcunq; enim aduersus absentes, indefensos & i-  
gnorantes statuuntur, rei iudicatæ firmitatem non habent, *l.*  
*3. 4. 5. C. quomodo & quand. iud.* Hinc pulcre etiam Seneca:

*Qui statuit, inquit, parte inaudita altera:*

*Æquum licet statuerit, haud æquus est.*

Atq; ex his cognoscitur iudicium, si litigantes respicias, di-  
sceptationem esse.

XXXI. Porro cum quælibet res ita se habeat in cognosci, Iudicium  
vt se habet in Esse, suâ sponte patescit, ipsam iudicii naturam enim suo  
penitius perquirentem, debere illud cum appositione sui subjecto  
subjecti proprii definire. definiendum.

XXXII. Omne enim accidens, quale est iudicium, cuius  
Esse est Inesse, *Arist. in Antepredic.* non tantum per Esse sed et-  
jam per inesse definiri debet.

A 3

33. Sub-



**Subiectum** XXXIII. Subiectum autem illud dicimus litigatores & Iudicij. **judicij.** dicem esse. In hisce namq; consistit, nec esse intelligitur nisi illæ adsint. *cap. forus de V.S.l. Iulianus ait 17.l.inter litigantes 62.de Iudic. & absolvitur etiam iurite vnusquisq; horum suo officio fungatur.*

**Iudex.** XXXIV. Ac quidem de Iudice res est expedita. Hic enim potissima pars, basis, duxq; & Imperator iudicij, vt Vantius loquitur de nullit. ex defect. iurisdic. omnesq; res propterea, vt sæpius jam ante diximus, in iudicium deducuntur, vt quæ privata alicui litigantium attribui fas non est, publicâ auctoritate, id est iudicis sententia, attribuuntur.

**Litigatores.** XXXV. De Actore & Reo non major alicui difficultas suboriri potest. Nullum namq; iudicium nisi de re controversa instituitur. Hinc omnia iudicia aut distrahendarum controversiarum aut puniendorum malefactorum causa reperta esse *ex Orat. Ciceronis pro Caccinna refert VVesemb. par. de Iudic. n. 5. & alij.*

XXXVI. Cæterum cum lis seu Controversia non sit, nisi vbi quis affirmet vel neget; vel vnus sit qui petat, vt sibi quid præsteretur, alter à quo petatur, iudicium, in quo de re controvertitur & litigatur, his quoq; personis constabit quarum illam quæ petit Actorem, eam à qua petitur Reum dicimus. *Donell. d. l.*

**In iudicio criminali quis Actor?** XXXVII. Ethæc de iudicio civili quidem verissima sunt, licet in criminali quandoq; actor proprie esse non videatur, vt cum Magistratus ex officio inquirit, (quod ipsum facere posse *ex. cap. qualiter & quando 17. Decret. de Accusat. Novell. 118. c. 21. l. congruis 13. pr. ff. de Offic. presid. constat*) infamia tamen criminis patrati & publica vox loco accusatoris est. *Marant. in specul. aur. part. 2. n. 3. VVesemb. par. de accus. n. 3. & iudex denunciante fama vel clamore officij sui debitum exequitur ne idem iudex & accusator sit. d. c. qualiter & quand. Decret. de Accusat.*

**De litigantibus quâ iudice prius agendū.** XXXIIX. De litigantibus autem prius quam de iudice agere oportet, cum nulla cognitio causæ & ad iudicatio esse possit, quæ propria iudicis est, nisi disceptatio & discussio præcesserit ab Actore & Reo. Et de Actore quidem primo loco,



loco, ut pote qui litem intendat, primusque reum conveniat,  
& naturali etiam ratione responsionem petitio antecedit.

XXXIX. Actor licet nonnunquam pro dispensatore, cui  
rationes aut mensurae, aut rerum omnium, aut bonae partis man- Acceptio-  
nes vocab.  
Actoris.  
datae ac creditae erant. *Mysf. ad §. poena a. Inst. de Iniur. l. Stich.*  
*4. §. servus testamento 3. ff. de stat. lib. aliquando etiam pro procura-  
tore si late vocabulum sumas & petitor. l. quingenta 12. de  
probat. accipiatur. Nos tamen hic dicimus eum qui prius ali- Propria hu-  
jus loci.  
quid ab alio sibi deberi intendit *l. in tribus 13. ff. de iud.**

XL. Unde in tribus istis judicijs, familiae ereiscundae, fini-  
um regundorum & communi dividundo, cum ante provoca-  
tionem uterque actor uterque reus sit, ex eo quod uterque petat a  
communione recedi, uterque rem dividi, is actor videtur, qui  
ad iudicium prius provocavit. *d. l. in tribus 13. l. nihil autem 2. §.  
in tribus 2. ff. com. divid.*

XLI. Et hoc quoque modo distinguitur a Reo, qui in exce-  
ptione sua Actor dicitur. *in l. 1. de Except. & partibus actoris  
fungi propterea quod exceptionem suam docere & sicut a-  
ctor intentionem suam probare debeat. l. in exceptionib. 19. in  
pr. ff. de probat.*

XLII. Cognito jam, quis actor dicatur & quomodo a Reo  
distinguat, ulterius in quarendum est, quis agere, vel non,  
possit. Non enim omnes personae indistincte in iudicio, Qui agere  
non pos-  
sunt.  
quod ipsis debetur ab alio petere possunt, sed habiles esse de-  
bent, ita ut in illo consistere jure, nec exceptione repelli  
queant.

XLIII. Idoneae autem censentur, non quidem quae legibus  
speciatim permittuntur, sed quae non prohibentur inveniuntur. Ha-  
rum vero alias arceri ob aetatem invenimus, alias ob status  
conditionem, ob statum alias & quam plurimas causas si-  
miles.

XLIV. Ob aetatem prohibetur Minor XVII. an- Minor XVII  
annis.  
nis, is enim ex sua persona stare in iudicio non potest, sed tu-  
tore vel curatore autore agere debet, adversariumque cogere  
in iudicio consistendum & litem contestandam *l. qui habet 3.  
§. si pupillus 2. ff. de tut. §. item 2. Instit. de Curat. t. t. C. qui legit. per-  
son.*



*fin. standi.* cum cautius & melius sit cum suasionem perfectissima & responsa facere minores, litemq; inferre, ne ex sua imperitia & juvenili ætate, aliquid vel dicant vel taceant, quod si fuisset prolatum vel non expressum, prodesse ijs potuisset & à deteriore calculo eos eripere. *l. clarum. 4. C. de autor. prest.*

**Limitatio.** XLV. Sed quod diximus minorem legitimam personam standi in iudicio non habere, simpliciter intelligendum id non est, siquidem momentaneæ possessionis actionem exercere potest. *l. momentanea. ult. C. qui legit. person. l. momentanea. 8. C. unde. vi. &* si pro cognato vel parente vel affine suo sollicitus interdictum de libero hominem exhibendo desideret. *l. quod. 3. S. sed. et. si. 11. de liber. hom. exhibend.*

XLVI. In beneficialibus item & alijs causis spiritualibus sicut & dependentibus ab iisdem, is qui annum XII. suæ peregit ætatis, non secus ac si major XXV. annis existeret ad agendum & defendendum per se vel per alium, quem ad hoc constituendum decrevit, admittitur, cap. si annum. *fin. de iudic. in 6.* Plura congeffit exempla *Speculat. de Act. n. 1.*

**Servus.** XLVII. Ob status conditionem prohibetur Servus, qui ex sua persona iudicio civili interesse non potest *l. servus. 6. & l. cum debitoris. 7. C. de Iudic.* Iuris enim civilis communionem non habet, in eoq; pro nullo & mortuo habetur. *l. intercidit. 59. ff. de condit. & demonstrat. l. quod attinet. 32. ff. de R. I.*

**Exceptio.** XLVIII. Singulariter tamen ipsis in quibusdam casibus concessum est adversus Dominos litem exercere. *l. vix certis. 53. ff. de Iudic.* quibus plures addit *Speculat. d. l. n. 17.*

**Bannitus.** XLIX. Bannitus quoq; sive proscriptus, cum omnia sua bona ac privilegia amittat (sicut ex formula denunciationis quæ extat apud. *Geil. 2. de P. P. 16. n. 9. patet*) & iure civili pro mortuo habeatur. *Geil. 1. observ. 1. n. 38. 2. observ. 86. n. 10. & 2. de P. P. 11. & 12.* legitimam personam standi in iudicio non habebit *l. si quis. 5. de publ. iudic. cap. felicis. 5. de pœnis in 6.* nec proinde actiones, quæ sunt, quatenus tales, iuriscivilis *l. necessarium. 2. S. deinde 6. de O. I.* instituere poterit.

L. Et hæc adeo vera sunt, ne ante sententiam quidem actionem captam persequi possit, cum omnes obligationes, jura-  
men-



menta, pacta & actiones ex parte bannitorū cassa irrita & nulla penitus sint Ordinat. Cam. part. 2. tit. 19. v. So Zemandis 2. Geil. 2. de P. P. 12. n. 4. & seqq. d. c. felicis 5. de pœnis in 6.

LI. Filiumfam. cum patre & patrem cum filio agere non posse & civilis & naturalis ratio facit. Hæc, quod distinctæ ac diversa personæ esse debeant Actor & Reus, cum nemo secum ipso agere possit: Illa, quod pater & filius pro vna & eadem persona habeantur. *l. si quis ult. C. de impub. & al. subst. S. si quis 4. Inst. de inutil. stipul.* Vnde nullam litē nobis cum eo, quem in potestate habemus, esse posse ait Ictus in *l. his nulla 4. ff. de ind.*

Filiusfam. in ijs bonis in quibus pater proprietatem vel usufructum saltē habet

LII. Neq; contra parentem tantum suum filius agere, sed & contra quemvis alium sine patris consensu iudicio sistere prohibetur *l. cum non solum 8. pr. C. de bon. qua liber.* nisi cum pater furiosus aut absens forte, nec alius sit, qui eius nomine agat; tum si filius injuriam passus, vel alia aliqua noxa ex qua patri competit actio velit experiri, iudicio utili ipsum, qui damnum & injuriam intulit, convenire potest, ne dum pater expectatur, impunita sint maleficia, fraudemq; impune patiatur filius *l. si longius 18. S. filiusfam. 1. ff. de indic. l. cum filiusfam. 17. de Reb. Cred.*

LIII. Atq; hæc in pfectis & Adventitijs, in quibus pater usufructum habet, procedunt. De ijs vero in quibus patri usufructus acquisitus non est, etiam sine patris consensu agere potest. *l. cum non solum 8. S. filius autem C. d. t. ad exemplum Castrensis & Q. castrensis peculij, de quibus tantum abest.* vt cum extraneo invito patre experiri possit. *l. miles 4. S. acti. nem 1. ff. de castrens. pecul. cum adversus proprium etiam parentem jure agat. l. si quis 52. S. an autem 6. ff. de furt.*

LIV. Et hoc ideo quia nihil in ijs pater juri habet. *l. errant. 3. C. de Castrens. pecul. l. ex nota 10. ff. eod.* sed placuit filiumfam. in illis pro patrefam. haberi *l. usq; ad 2. ff. de Scto Macedon. pr. Inst. quib. non est perm. cest. fac. l. si quis 6. S. filiusfam. fin. ff. de iniust. rupt. & irrit. test. sicut in castrensib. l. fori 4. C. de advocat. 1. d. pr. Inst. quib. non est perm. test. fac.*

LV. Ob casum arcentur Mente captus & furiosus, ratione quippe destituti, quæ in iudicio expedienda occurrunt,

Mente captus Furiosus,

B

intel-





intelligere nequeunt. §. furiosus 8. Inst. de Inutil. stipul. l. furiosi 40. de R. l.

Mutus &  
Surdus.

LVI. Sicut & mutus & surdus; licet iudicio quidem præditi sint, cum tamen partes inter sese disceptare debeant, non erit hoc loci idonea persona, nisi quæ adversarij allegationes audire illisq; respondere poterit.

Prodigus.

LVII. Prodigus quoq; agere non potest, sed curator ipsi datur, qui bona ejus administrat. t. t. de curat. furiosi actionesq; pro ipso in iudicio exercet, ne ipse, cum, quod ad bonorū administrationem pertinet, furiosum faciat exitum l. his qui 12. §. Divus Pius fin. ff. de tut. & curat. dat. negligat eas deperdatque.

Qui causa  
continentiam  
dividit.

LIX. Audientia etiam nec illi præbetur, qui causæ continentiam dividere satagit, quiq; id, quod in vno iudicio poterat terminari, apud diversos iudices ventilare cupit. l. nulli 10. C. de iudic. Vbi enim in ceptum est iudicium, ibi & finem assequi debet. l. ubi 30. ff. eod. nec hodie in hujus cras in alterius foro lis est finienda Gothofr. ad d. l. 10. C. de Iudic.

LIX. Et hæc de personis, quæ agere prohibentur, dixisse jam sufficiant, nec attinere visum est, plures ex alijs huc transferre, cum plena de ijs manu trajectent, Speculat. in tit. de Actore. Duarenus de Iudic. Donellus d. lib. c. 4. & alij.

DE REO.  
Vocab. isti  
us Accer-  
piones,

LX. Sequitur altera persona, quæ subjectum iudicij constituit Reus à re id est lite, antiquis dictus. Non enim illi tantum Rei nomine veniebant, qui arguebantur, sed omnes quorum de re disceptabatur ut ex Cicerone. 2. de Orat. refert Calvinus in lexic. hoc vocab. Postea vero distinguendarum appellationum causa ne nomina confunderentur, Rei à re quam promiserunt ac debent dicti sunt, ut ex Festo Calvisius. d. l. perhibet.

LXI. A qua significatione non multum recedit Modestinus in l. qui stipulatur 1. de duob. reis stipul. ubi eum, qui stipulatur, reum stipulandi, & qui promittit, reum promittendi appellat. Et Iulianus in l. qui hominem 34. §. quidam filiu fam. 8. de solut. illum qui satisfacit, reum satisfaciendi, & qui satis accipit, reum satis accipiendi dicit.



LXII. Nos Reum statuimus esse illum, qui convenitur, & lite pulsatur. Hic pars fugiens appellatur. *in l. 2. §. 2. & 4. C. de iur. iur. propt. cal. l. 5. C. de recept. arbit. pars pulsata d. l. 5.* Et licet eadem prope illius, cum quæritur, qui conditione personæ in iudicio conveniri possunt, aut non, ac actoris sit ratio, non nihil tamen dissimilis est, de qua jam dispiciendum.

Propria hæc  
jus loci

Qui conve  
niri non  
possunt,

LXIII. De servis nihil attinet hic dicere, cum supra parit eos in iudicio consistere non posse; & alias in imperio Romano ferè esse desierint, ita ut de illis disquirere nullus forte sit usus. Sicut & quod de prodigo, furioso, surdo & muto tenendum, ex supradictis non obscure intelligi potest.

Servus.

Prodigus  
Furiosus

Surdus

LXIV. Filiusfamilias in istis rebus peculiaribus, quæ à patre proficiscuntur, & in adventitijs in quibus pater usumfructum habet, conveniri non potest. In his, quod illa ad curam & possessionem patris pertineant, & ideo in agentibus & fugientibus pater suscipere actiones & movere debeat, adhibito tamen, nisi in prima adhuc ætate constitutus, vel longe absens sit, filij consensu. *d. l. ult. §. ubi a. 3. C. de bon. qua liber.*

Mutus.

Filiusfam.  
in quibus  
rebus?

LXVII. In illis quod tam quoad proprietatem, quam usumfructum ad patrem spectent §. *igitur 1. Inst. per quis person.* De reliquis quorum tam proprietas quam ususfructus ad filios spectat, sicut in illis pro patribus famil. habentur, ita de ijs recte conveniuntur, nisi aliud quid in iudicio versari illos impediatur.

LXVI. Patrumfamilias quosdam ætas impedit, quo minus conveniri possunt, sicuti Minores & pupillos. Hi namque sicut sine tutore autore agere & conveniri non possunt, ita nec illi curatore non consentiente: Sed oportet ad hoc petere curatorem, cuius consensu intendant & excipiant. *l. admo. ne 1. C. qui pet. tut. vel. curat. l. in reb. 2. C. qui leg. poss. stand. d. l. 4. C. de autor. prest.*

Patresfam.

Minores

Pupilli.

LXVII. Quod si de industria & in fraudem actoris non petant sibi dari, ipse actor adolescentem, adversus quem consistere vult, ut sibi curatorem dari postulet, cum quo secundum juris formam consistat, admonere potest, & si in petendis his





adhuc cesset, competentem iudicem adire, ut is in dandis cu-  
ratoribus officio suo fungatur *d. l. admone.* Idq; in Camera et-  
jam observari testatur *Geil. 2. observ. 108. n. 3.* & decerni quoque  
citationem ad videndum pupillo vel minori dari curatorem  
ad litem, si pars principalis pendente lite moriatur *d. l. n. 5.*

Sententia  
pro mino-  
re lata sub-  
sistit.

LXIX. Sin vero adversarius cum minore agat, nec, ut de-  
fensorem det minor, postulet, patiaturq; sententiam fieri, il-  
la, etiam si pro minore adversus ipsum lata fuerit, juris ratio-  
ne tamen subsistet, non quidem quod minor ex sua persona  
in iudicio legitime versari potuerit, sed quod ætas illorum re-  
bus prospere gestis ipsis obesse non consueverit *l. non eo minus  
14. C. de Procurator.*

LXIX. Contra minores indefensos curatores vel tutores  
non habentes, nulla quidem sententia proferenda est, *l. acta  
45 §. 2. de Reindic.* lata vero minime autoritate iudicati nititur.  
*l. si cum esses 1. C. qui leg. pers. stad.* Minoribus enim ætas in damnis  
subvenit. *d. l. 14. C. de Procurat.* neq; adultis nocere debet, quic-  
quid eo tempore statutum est, quo defensione iusta & cu-  
ratoris auxilio destituebantur. *l. si praeses 6. C. quomodo & quando.*

Magistratus  
Majores &  
Temporarij.

LXX. Quosdam Patresfam. dignitas prohibet: vt si sint  
Magistratus majores & Temporarij. Hi enim sicut in ius  
vocari non possunt. *l. in ius vocari 2. de in ius vocand. l. sed et si 26.  
§. ait Prator 2. ff. ex quib. caus. maior.* ita eo anno, quo imperium  
habent, conveniri nequeunt. *l. pars literarum 48. ff. de iudic. l.  
nec Magistratibus 32. ff. de iniur. l. hos accusare 12. pr. ff. de accusat.*  
ob autoritatem scilicet & imperij splendorem, ne quasi co-  
acti venire debeant ad parem minoremve, & si in negocijs pu-  
blicis expediendis sint occupati, à tractatione istorum nego-  
ciorum maxime arduorum avocentur.

Studiofico-  
ram: quo  
conveniri  
non pos-  
sunt.

LXXI. Studiosi etiam coram alio Magistratu, quam coram  
Domino vel Magistro suo, aut ipsius civitatis Episcopo, qui-  
bus de ijs iurisdictio est, conveniri non possunt. Et si quis-  
piam eos coram alio conveniat, etiam si causa forte iustissi-  
ma fuerit, à tali conamine cadet Authent. *Habita C. Ne filius  
pro patre.*

LXXII. Et quamvis is, qui ex aliena iurisditione ad iudi-  
cem



cem vocatus est, venire debeat saltem privilegia sua allegaturus, ne ipsius auctoritatem contemnere, cujus aestimare est, an sua sit jurisdictio, videatur *l. si quis s. ff. de iudic. l. ex quacungq. 2. ff. si quis in ius voc. & si quis non compareat, multari possit. d. l. 2.* Citato compare §. 1. studiosus tamen comparere & privilegium suum allegare non debet: cum notorie constet, illum esse privilegiatum, proinde non tenetur. indeq; non opus, ut citans amplius cognoscat an ipsius de eo sit jurisdictio per text. in *l. contumacia 53. ff. de Reindic. Vmmius disp. ad process. s. n. 6. Rebuff. de privileg. Scholar. privileg. 154.*

LXXIII. Tantum de Reo, Qui plenius eos, qui conveniri prohibentur cognoscere cupit, ipsum Speculatorem in tit. de Reo. Rosbach. *de process. tit. 11. & alios, qui late satis de ijs scripserunt, adire potest. Nobis ad alia jam transeuntibus, fuisus hæc pertractare facultas non est.*

LXXIV. Cæterum cum non omnium ea sit vel juris vel legum peritia & facundia (*verba sunt Donelli*) ut in jure apud eum qui jurisdictioni præest, desiderium suum exponere, vel alterius desiderio contradicere possint. Immo etiam si tali quis legum peritia & facundia non destituatur, varijs tamen casibus impediri possit, quo minus suis ipse rebus adesse queat. *pr. Instit. de iis per quos ag. poss. aliorum opera, nisi illos re sua privari velimus necessaria erit. Hactenus Donellus.*

LXXV. Has operas autem nobis præstant quidam vel jure suggerendo, & *Advocati* dicuntur, quidam alio cognitionem totius negotii subministrante, administrationem causa tantum sustinent, & *Procuratores* appellantur.

LXXVI. De his æque ac de Actore & Reo hoc loci in subiecto iudicij nobis videndum, tum quod illorum vices sustineant, cumq; ijs non secum ac ipsis litigatoribus agatur, adeo ut illarum personas, ut pulcre Donellus ait, induisse videantur: tum etiam quod alio commodiori loco de ijs tractatio institui forte non possit.

*Priori autem loco*

DE ADVOCATIS.

LXXVII. Plures hoc vocabulum habet significationes. *O-*

B 3

*æquivoco- no vocabu- lim li Aduocat,*



lim pro eo, qui presentiam sui alicui ut testis accommodabat, sumebatur: Quod cum ex alijs, tum ex his præcipue Comici verbis apparet:

Plaut. in  
Poenulo  
Act. 3. Sc. 1.

*At si, inquit, ad prandium me in edem vos dixissem ducere  
Vinceretis cervum cursu, vel grallatorem gradu.*

*Nunc vos quia mihi advocatos dixi & testes ducere  
Podagrosi estis ac vicistis cocleam tarditudine.*

2. Pro eo, qui ius suggererat, & amico in causa aderat officii gratia, etiamsi nihil neq; diceret neq; ageret, seu peroraret Donell. 18. Comm.

3. & distinctus erat à patrono teste Asconio Pædiano comment. in Cic. Divinat. Qui defendit, inquit, alterum in iudicio aut patronus dicitur, si orator est, aut advocatus si ius suggerit, aut presentiam suam amico accommodat; ut refert ex

Propria ac-  
ceptio hu-  
ius loci.

eo Bocerus *class. 6. disp. 7. hb. 2. 3.* Dicuntur & illi advocati, qui negocia in foro orant & perorant. *l. nemini 11. §. illud 2. l. petitionem 13. C. de advocat. 1. l. quisquis 6. §. apud urbem 5. C. de postul. qui ambigua fata causarum dirimunt, suæq; defensionis viribus in rebus sæpe publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, qui gloriosæ vocis munimine confisi laborantium spem, vitam & posteros defendunt. l. advocati 14. C. de advocat. 1.* Et hæc significatio huius loci propria est.

Advocati  
dicuntur  
Causidici.

LXXIIX. Hi ab officio interdum Causidici, forte quod causas dicant, in iure appellantur *l. quisquis 6. pr. & §. ult. l. providendum 7. C. de postuland. l. qui necessario 2. & l. iubemus 13. §. 1. C. de advocat. 1.*

LXXIIX. Meminit horum Iuvenalis Satyr. 10.

— — — — — *nec unquam (inquit)*

*Sanguine Causidici maduerunt rostra pupillis*

Et Martialis *l. 6. Epigr. 34.*

*Carpere Causidicus fertur mea carmina, qui sit,*

*Nescio! si sciero, va tibi Causidice.*

Eorumq; munus Causidicinam ab Ammiano in *l. 30. Theodos. & l. 68. C. de Decurionibus* vocari Cujacius *l. 4. observ. 4. annotavit.*

Togati.

LXXX. Nonnunquam & Togati *l. ne quis 3. l. quicquid 5. l. sancimus 6. de advocat. 1.* forte quod Toga amicti causas in foro egerint. Cum enim ipsorum munus imprimis laudabile & ho-

ne-



nestum fuerit *l. laudabile 4. C. de advocat. 2.* honestus ipsis convenire vestitus videbatur, cum talis sæpe quisq; habeatur, qualivestitu utatur. Donell. *d. l.*

LXXXI. Genus Advocatorum facile hinc liquet: Esse nimirum eos defensores seu Actores causarum. Vnde Patroni causarum in *l. si patronum 1. & quicquid 5. l. advocati 14. C. de advocat. 1.* quod causarum patrocinium profiteantur *l. si quis 9. eod.* & iurgantibus patrocinia præbeant *d. l. 6. §. ante omnia 1. C. de postul. patroni item litium l. per hanc legem 7. §. hoc etiam 2. C. de advocat. 2.* appellantur.

LXXXII. Cognito jam genere ulterius inquirendum, quinam advocati constitui possint. Et cum postulare per se sit res licita & honesta, manifestum est omnes postulare posse, qui non prohibentur.

Qui postulare non possunt.

LXXXIII. Prætor autem cum habendæ rationis causa, suæque dignitatis tuendæ decorisq; sui, sine delectu passim apud se quempiam postulare noluerit, tres fecit ordines, & quosdam in totum postulare prohibuit tam pro se quam pro alijs, quosdam pro alijs: quibusdam & pro se & pro alijs personis duntaxat permittit. *l. 1. pr. & §. 1. h. r.*

Illorum Prætor tres fecit ordines / certis

LXXXIV. In totum ab advocacionis munere Prætor excusavit illos tum ob pueritiam, tum ob casum. Ob pueritiam *Minores XVII. annis*: quod fragile illorum sit iudicium, & captionibus multis suppositum, multorumq; insidijs expositum, *l. 1. ff. de Minor. Arbitratus* etiam à sua dignitate alienum esse, cum hominibus adeò adolescentibus ac penè pueris negocium habere. Donell. *d. l.*

II. Ordo eorum qui in totum postul. nequeunt ut: Minor: XVII annis.

LXXXV. Postulabatur namq; in publico, inquit Faber, & apud Prætores adstante magna hominum, ut plurimum grauissimorum, corona, apud quos desiderium suum exponere, & adversario contradicere, ea, qua par est, modestia, eloquentia & prudentia, difficile sane est, nec eius, qui unus ex multis, sed qui ingenij & animi non minus habet, nec minus audaciæ, quam modestiæ, quæ res vix est, ut cadat in eum, qui minor sit XVII. annis in Rational. *ad l. 1. §. 3. h. r.*

LXXXVI. Neq; in eo dies supremus istius anni captus pro-

com-





completo habetur, sicuti in testamenti factione puberis, l. 2. qua etates. ff. qui testam. fac. poss. quæq; supputandorum ratio etiam observatur in l. placuit 1. ff. de manumiss. sed oportet ipsum extremum diem totum compleuisse. d. l. 1. §. 3. b.

Surdus,

LXXXVII. Ob casum removet *surdum*, non qui tarde, sed qui prorsus non exaudit. d. l. 1. §. 3. S. item *surdus* 3. Instit. quib. nō est perm. test. fac. Permittendum namq; non eratei postulare, qui neq; intentioni adversarii contradicere quod facere eum oportet d. l. 1. §. 2. neq; decretum Prætoris exaudire poterat. Quod etiam periculosum ipsi futurum, cum non exaudito Prætoris decreto, quasi non obtemperasset, ut contumax plecti posset d. l. 1. §. 3. non quidem, ut inquit Donellus, quod verè contumax esset, cum contumacia ab animo & certa scientia contemnentis decretum Magistratus committatur, sed quod surdus per injuriam forte condemnaretur.

LXXXVIII. Nec forsan ipsi aliquo remedio subveniretur, cum scire deberet, in advocando personam idoneam se non esse arg. l. leges C. de Ll. neq; ad postulationem solum requiri, ut quis desiderium suum vel amici in jure apud Prætorem, vel eum qui iurisdictioni præest exponeret, sed ut facundia quoq; præditus, desiderio alterius contradicere, & decretum Prætoris exaudire posset.

LXXXIX. Ad hunc ordinem recte referri etiam possunt, qui pro se agere prohibentur, quorum quosdam supra enumeravimus. Qui enim pro se postulare non potest, multo minus aliis advocationem præstare poterit.

II. Ord.  
Qui pro aliis postulantur, re non possunt.  
Fœmina.

XC. Secundo ordine, quo pro aliis postulare quadam persona prohibentur, excepit Prætor aliquas ob sexum, ob casum, & ob turpitudinem quandam infamia notatas.

XCI. Ob sexum, dum *fœminam* pro aliis advocare vetuit, etiam si insignis prudentiæ, eruditionis ac facundiæ inveniat.

XCII. Virile quippe officium est, pro alio postulare, à quibus mulieres remotæ sunt l. *fœmina* 2. de R. I. inq; contumeliam matronalis pudoris fit, & ut ait Ictus, contra pudicitiam sexui congruentem est alienis sese immiscere causis in d. l. 1. §. secund. loco s. d. t.





XCIII. Impulit & Prætorem ad hoc Carfania, Afrania alias dicta improbissima fœmina, cuius pro crimine improbis fœminarum moribus nomen objectum esse testatur Valerius Max. l. IIX. c. 3.) quæ in verecunde postulando, non quod advocatis destitueretur, sed quod impudentiâ abundaret, Magistratum inquietavit.

XCIV. Et hæc obtinent in fœminis, si pro aliis postulare velint: propriis enim causis immiscere se possunt, neq; virilitum officio fungi dicuntur. Alienam si quidem suscipere defensionem virile est officium, & ultra sexum muliebrem positum l. alienam. 18. C. de Procurat. propriam vero litem tractare officium in quacunq; causa honestum est.

XC V. Refertur huc potest, quod de Amæsia Sentia scribit Valerius, quæ causam suam L. Titio Prætore cogente maximo populi concursu egit partesq; omnes ac numeros defensionis non solum diligenter sed fortiter etiam executâ, prima actione cunctis penè sententiis liberata est. Quam deinde, quia sub specie fœminæ virilem animum gesserat Androgynem appellarunt. d. 1.

XCVI. Ob casum excusavit Prætor *Cacum* utrisq; lumi- Cæcus, nibus orbatum, videlicet, quod Magistratus insignia videre & revereri non posset d. l. 1. §. 5.

XC VII. Tertio loco in secundo ordine excepit Prætor il- Insignitur las personas, *quæ ob insignem aliquam turpitudinem infamiâ notatæ* pitudine sunt. Indignas eas ratus habendæ rationis causa, suæq; di- notati. gnitatis tueendæ, & decoris sui causa, ut eiusmodi ignominiosæ personæ pro aliis postulando, apud se versarentur.

XC IIX. Refert has Ulpianus, in d. l. 1. §. Removet. 6. cuius verba adscribamus. *Removet, inquit, à postulando, qui corpore suo muliebria passus est: Si quis tamen vi prædonum vel hostium stupratus est, non debet notari, ut & Pomponius ait: Et qui capitali crimine damnatus, non debet pro alio postulare. Item S Cto apud indices pedaneos prohibetur calumnia publici iudicii damnatus. Et qui operas suas, ut cum bestiis depugnaret, locaverit. Bestias autem accipere debemus ex feritate magis quam ex animalis genere: Nam quid si leo sit, sed mansuetus, vel a. ia dentata mansueta. Ergo qui locavit solus no-*

C

tatur,





tatur, siuo depugnauerit, siue non. Quod si depugnauerit, cum non lo-  
casset operas suas non tenebitur, sed qui in hoc operas locavit. Deniq; e-  
os qui virtutis ostendenda causa hoc faciunt, siue mercede non teneri a-  
iunt veteres, nisi in arena passi sint se honorari: Eos enim puto notari  
non evadere sed si quis operas suas locaverit, ut feras venetur, vel ut de-  
pugnaret feram, qua regioni nocet, extra arenam, non est notatus. Hæc

Quando hi Vlpianus.

agere pos. XCIX. Prædictæ tamen personæ, si tutelam vel curam ali-  
sint. cuius gerant, æquissimum est postulare eis, pro his, quorum  
curam gerunt, concedi. d. l. i. §. 6. Qui enim non sponte sed ne-  
cessario officio funguntur, possunt sine offensa edicti po-  
stulare l. puto 6. pr. h.

III. Ord.

Vbi pro C. Tertio ordine continentur ii, quibus non in totum pro aliis  
quibusdā denegata postulandi facultas est, sed tantum pro quibusdam, quasi mi-  
postulare nus deliquerint, quam qui superioribus capitibus notati  
prohiben- sunt. Inter quos reliqui omnes, qui edicto Prætoris, ut in-  
tur. fames notantur, nec in integrum restituti sunt, referuntur. d. l.  
Infames. i. §. 8. & 9. h. i.

Nisi resti-  
cutio.

CI. In integrum namq; restituti, vtpote sublato impedi-  
mento, non tantum pro se, sed pro aliis etiam postulare pos-  
sunt, cum eo ipso pristinum honorem, omniaq; cætera, quæ  
habuerunt ante infamiae iniustam notam, consequantur l. cum  
salutatus i. C. de sentent. pass.

Quænam  
restit. in-  
tellig.

CII. Quæ vero restitutio intelligenda sit, de qua Prætor  
loquitur, an illa quam Princeps, an vero quam senatus indul-  
sit, Pomponium quæsisisse, Vlpianus in d. l. i. §. de qua 10. re-  
fert, & putasse; Prætozem de ea quam Princeps vel senatus  
indulserit, sensisse.

CIII. Sed & Prætozem hoc posse, idem Vlpianus d. l. affir-  
mat, non quidem immediate & directe, sed mediate & obli-  
que vi scilicet suæ jurisdictionis, ut acris ille iudicii vir, Bacco-  
vius elegantissime demonstrat in animadvers. ad Treutl. disp. 8.  
sh. 2. lit. E.

CIV. Pontifex vero Romanus, sicut & Collegium Cardi-  
narium hanc potestatem sibi arrogare non debent, cum (ut  
ipsi aiunt) nemo militans Deo implicare se debeat negociis  
secu-





secularibus & placuit 3. *quæst.* 3. c. 21. & si faciat, quin nullo iure hoc sibi tribuat, neminem latere forte potest, cum hæc, ut secularis, seculari & politico committenda sit Magistratui.

CV. Atque hi edicto quidem prætoris remouentur. Cæ-  
terum non continuo, qui illo non excluduntur, advocati esse possunt: plura namq; iis tum constitutionibus Principum, tum Interpretatione Iurisprudentum postea addita sunt, in quibus prudentissimè omnia constituentes, Religionis etiam rationem habuerunt, neminemq; ad togatorum consortium admittere voluerunt, nisi qui sacrosanctis Catholicæ religionis fuerit imbutus mysterijs. *l. nemo 8. C. de postuland.*

Quinã præ-  
terea ab  
hoc mune-  
re postea  
remoti.  
Non addi-  
ti S. S. Ca-  
thol. Reli-  
g.

CVI. In Camera quoq; hoc observatur, vbi nullus in numerum togatorum suscipitur, nisi qui Augustanæ Confessionis addictus sit. *Ordin. Cam. part. 1. tit. 18. iunct. dict. part. tit. 3. v. vnd*

Idem de ju-  
re Came-

Insonderheit.

CVII. Eruditionis deinde legumq; peritia; siquidem nemo con-  
sortio advocatorum sociari potuit, nisi qui per tempora legibus constituta legum eruditioni notus sit inhæsisse. *l. iube-  
mus 3. §. nec de catero 4. l. petitiones 5. §. nec de catero 4. C. de advoc. 2.*  
Vnde & examini Ictorum, subiciebatur, qui sub gestorum testi-  
ficatione depromere jubebantur, esse eum, qui subrogari  
vult, peritia juris instructum, *l. nemini 11. §. non aliter 1. C. de  
Advoc. 1.*

Hoc falsum,  
et Curia  
admittit, ex  
aliqua. Cap.  
et expin-  
na doct  
tempora  
legum eru-  
ditioni in-  
hæsit.  
Canonicus  
vocatus  
et Calli-  
cos qd  
L. v. m.  
nos.

CIX. Totidem hoc fere verbis in Camera constitutum. Idem in  
Das die Advocaten (verba sunt Ordinat.) ehe vnd zuvor sie zuge-  
lassen oder angenohmen werden durch Cammer Richter vnd Assessor-  
rn. ihrer Lehr/ Geschickligkeit/ Redligket/ rechter/ natürlicher ehrlicher  
Geburt, wesens vnd haltens halber/ ob sie der Rechten gewürdiget/ vnd  
an welchem Ort wol examiniret vnd derohalben gnugsam befunden/  
vnd erkandt werden sollen/ *part. 1. tit. 18.*

Idem in  
Camera,

CIX. *Disertos præterea & facundos advocatos esse oportet vt ne-  
gocium, quod gerunt, diserte & eleganter exprimere, adver-  
sariiq; conatibus solide occurrere queant. Vnde quam sæ-  
pissime in iure clarissima Eloquentiæ lumina l. restituenda 6. pr.  
C. de advoc. 2. viri facundissimi d. l. 6. §. 2. disertissimi l. petitiones  
5. pr. & l. de constitutione 9. C. cod. l. cum indices pr. C. de iur. iur. pro-*

Qui non  
diserti &  
facundi,



prer. calumn. dand. l. properandum 13. §. illo procul 9. C. de Judic. qui  
gloriosæ suæ vocis munimini confidant. d. l. advocati 14. C. de  
advocat. 1. appellantur.

quibus ad-  
vocatura  
interdicta.

CX. Repelluntur quoq; quibus advocatura interdicta est  
& quidem si ad tempus, tempore finito recte agunt. Nec  
adhibetur distinctio, quo crimine silentium vel exilium sit ir-  
rogatum, ne scilicet pœna tempore determinata contra  
sententiæ fidem ulterius porrigatur l. 6. §. 1. cum seqq. ff.  
h. t. si in perpetuum, tum si non appellaverint, placitis ob-  
temperabunt l. cum a præfecto 1. C. eod.

Decurio-  
nes quan-  
doq;

CXI. Sic decuriones contra patriam suam, in qua honorem  
istum consecuti sunt, causas agere non possunt, l. hi qui 10. §. 1.  
h. t. l. qui necessario 2. C. de advocat. 1. præter personas, quæ in d. l.  
10. pr. exceptæ inveniuntur.

Clerici.

CXII. Clerici coram iudice seculari advocati in negociis  
secularibus fieri non possunt, nisi propriam causam, vel Ec-  
clesiæ suæ fuerint prosecuti, aut pro miserabilibus personis,  
quæ proprias causas administrare nequeunt c. clerici 1. & cap.  
ex parte 2. Decret. de postul. Distinct. 88. c. decrevit 1. & c. episcopus 3.  
Et si qui forte clericorum in forensibus causis advocati offi-  
cium exercere præsumant, tanquam ingrati huiusmodi bene-  
ficio possunt privari. c. cum Sacerdotes 3. eod.

CXIII. Ratio ex d. distinct. c. episcopus 6. reddi potest, quod  
scilicet clerici lectioni & orationi, ac verbi divini prædica-  
tioni tantummodo vacare debeant; cum viles ista res cleri-  
cos reddat, reverentiamq; ut inquit Pontifex, sacerdotalem  
annihilet, in d. distinct. c. perlatum 4.

CXIV. Unde & Imp. placuit, ut nihil clerici commune  
habeant cum publicis actionibus, vel ad curiam pertinenti-  
bus; cuius corpori non sunt annexi l. placet 17. pr. C. de Episcop.  
& Cler. & opprobriosum sit illis, si peritos se velint ostendere  
disceptationum forensium l. repetita 41. C. eod. l. consulta 23. C. de  
testam. Novell. 123. C. seneg. 6.

Vasallus  
contra Do-  
minum.

CXV. Vasallus quoq; contra Dominum absq; amissione  
feudi postulare non potest argt. tit. 6. 7. 33. §. in quibus 1. tit. 57. libr.  
2. Feud.

116. Et:



CXVI. Et hæc de subiecto, quale scilicet illud, quod consti-  
tuitur, esse debet, dixisse satis jam sint. Vbi de prohibitis ad-  
huc verbo monendum, eos partium consensu fungi isto offi-  
cio non posse. *l. quos prohibet 7. ff. hic.*

CXVII. Constituere autem personas habiles possunt, tam  
ipsi litigatores, sicut dies docet, licet jure veteri aliud obti-  
nuisse videatur *ex l. ult. C. de postul. quam Magistratus seu Præ-*  
*tor d. l. 1. §. ait Prætor 4. ff. de postal. vel petentibus litigatoribus,*  
*vel non petentibus l. nec quicquam 9. §. advocatos 5. ff. de offic. Præsid.*  
In Camera Iudex Camera & Adflores advocatos constitu-  
unt Ordin. Cam. part. 1. tit. 19. §. ult.

CXVIII. Et quidem vel plures *l. providendum 7. C. h. vel unum*  
tantum juxta Ordin. Cam. p. 1. tit. 19. pr.

CXIX. Etiam sub pœna quandoq; privationis fori, nisi excu-  
satione justa se tueantur *d. l. 7. vt pauperibus Vid. Cam. d. l. §. fin.*  
vel si in una parte consistant illi, quos in foro, aut meritum  
nobilissimos fecit, aut vetustas; in altera vero rudes & ty-  
rones adhuc: tum in judicantis officio est, ut par Causidico-  
rum distributio fiat, & exequetur partibus auxilium singulo-  
rum, & æqua divisio procedat. *d. l. 7.*

CXX. Causæ, in quibus advocati ordinari possunt, sunt  
tam civiles quam criminales. De illis res est expedita. De his  
constitutum in *l. ult. C. de exhib. reis.*

CXXI. Non tamen in omnibus, quas enim sciunt impro-  
bas esse, nec rationi juris conformes, in illis clientibus patro-  
cinari non possunt *l. rem non novam 14. §. patroni autem 1. C. de*  
*Judic. sicut nec in illis in quibus lex clientem presentem de-*  
siderat.

CXXII. Gerere autem in illis ita se debent, vt desiderium  
sui clientis exponant, adversario contradicant, & quicquid  
in super clientibus suis conducibile videbitur, adducant, ni-  
hil studii relinquentes, quoad possibile est *d. l. 14. §. 1.*

CXXIII. Quapropter nemo ex industria protrahere jur-  
gium *l. quisquis 6. §. nemo 4. C. de postulando,* neq; ultra, quam po-  
scit litium utilitas in licentiam convitiandi & maledicendi te-  
meritatem prorumpere, sed se ab huiusmodi injuria tempe-

Qui consti-  
tute ad-  
vocatos  
possunt  
Litigato-  
res.

Magistras  
tus.  
In Camera  
quinam.

Quot &

Quomodo  
constit.  
poss.

De Objec-  
to.

Constit.  
poss. incivi-  
libus & cri-  
minil caus.  
Non tamē  
in omnib.

Officium  
Advocato-  
rum.

in g. l. ca.  
mag. 2. l.  
v. d. l. 7.  
o. p. l.  
Atq; i.  
l. 2. m.  
mag.  
d. p. l.  
l. 10.  
p. l.



rare debet. Si quis enim adeo procax sit, ut non ratione sed probris putet esse certandum, opinionis suæ immunisationem patietur *d.l.6 §.1.*

*Ius Camere* CXXIV. Hodie (quod & jure civili comprobaturum *d. l. preperandum §.13. §.9. & d.l.14. §.1. C. de iudic.*) in iudicio Camere Imperialis iurare advocati debent, quod causas eorum, quorum patrocinium suscipiunt, bona fide, ad ipsorum utilitatem prudenter, diligenter, tractare, nullam sinistram machinationem, fraudem, dolumve in iis committentes, sed in iudicio moderate, modesteq; se gerentes, ab omni intemperantia & convitiis, sub pœna iudicibus infligenda abstinere, patrociniaq; quæ semel susceperint sine justa causa & venia non remittere sed ad definitionem vsq; susceptæ causæ absq; omni dolo malo in eisdem perseverare velint, *part.1. tit.42.*

CXXV. Et si quis forte maledictis lacessiverit adversarium Der sol so offte solches geschiehet/ so fern er nach gelegenheit der verwirkung vermög dieser Ordnung vnd gemeiner Recht/ keine grosser Pein verschülde/ einen Bülden zu straffe geben/ dazu seine Handlung nicht angenohmen/ sondern öffentlich verworfen/ vnd ihm dafür nichts taxiret werden/ oder sonst nach gestalt vnd gelegenheit der sachen gestrafet werden soll/ wie solches dem Cammer Richter vnd Beisitzern vorbehalten ist/ die Advocaten ihrer vberfahung vnd ander Ungeschicklichkeit halber hoher zu straffen/ welche Straffe hernacher die Advocaten von ihren Partheien nicht begehren/ oder ob sie selbige angeboten/ nicht annehmen dürfen. *Ordin. d.l.t.52. per tot.*

CXXVI. Multo igitur minus cum adversario colludere, illic; secreta, quæ litigantes ipsis commiserunt, vel commissuri sunt, aut quæ ipsi in tractatione animadvertere potuerunt, vel etiam alteri pandere debent *Ordin. Cam. d.l.tit.62. talesq; in isto facinore deprehensi non sine infamia condemnabuntur. l.1. §. fin. ff. de prevaric. l.1. ff. de his qui not. infam.*

CXXVII. Quapropter in Camera quam optime constitutum, Das kein Advocat oder Redner einiger Partheien in ihrer Sachen rathen soll/ dieselbe Parthey wolle ihne dann zu einem Advocaten oder Redner in Sachen annemen. *Ordin. Cam. d. l. tit. 19. §. Es soll kein.*

128. Atq;



CXXIX. Atq; hæc, quæ de Advocatis jam diximus, cum in fine <sup>Finis Ad-</sup> constituta sunt, ne, qui propter imperitiã vel alia negociare <sup>vocat.</sup> bus propriis interesse non possunt, indefensi maneat, sed horum auxilio adjuventur.

CXXIX. His consideratis, facile ex ijs definitio Advocati <sup>Definitio;</sup> extrui potest: quod scilicet sit defensor seu actor idoneus ad causas orandas & perorandas legitime constitutus, ne illi, qui ipsi in propriis rebus advocare nequeunt, indefensi relinquantur.

CXXX. Effectus à parte clientis est, ut quicquid advocatus recte egerit, dixeritve in causa, quoniam id ad utilitatem causæ confertur etiam clienti profit <sup>Effectus.</sup> <sup>A parte cli-</sup> <sup>entis.</sup> Donell. *d. l. c. 4.*

CXXXI. Si quid autem male dixerit egeritve, & quidem dolo malo, non noceat adversario, sed denuo de causa principali quærere liceat *l. si patronum 1. C. de advocat. 1.* <sup>Solus no-</sup> <sup>ceat adver-</sup> <sup>sario.</sup>

CXXXII. Sin errore, inter sit an præsentem litigatore fecerit, & perinde habebitur, ac si ab ipso Domino profectum fuerit. *l. ea qua 1. C. de error. advocat.* quapropter & ipsi nocebit, nisi ex continenti id est triduo proximo contradixerit, vel post sententiam appellationis remedio usus fuerit *l. sententiis ult. C. eod.* Si absente, litigatori ipsi non oberit. *d. l. ult.* <sup>Error qua-</sup> <sup>rens;</sup>

CXXXIII. Nec refert an error juris intervenerit, an facti, <sup>Facti.</sup> Hic quippe nemini nocet *l. error facti 8. & l. regula 9. ff. de iur. & fact. ignor.* nisi alicui summa negligentia obijci possit *d. l. 9. §. sed facti 2. d. 2.*

CXXXIV. De illo Vlpianus in *l. iuris ignorantia 7. & d. l. 8.* ait, eum tum de mum nocere, si in acquisitione rerum versemur, sicut nec sceminis, quibus propter sexus infirmitatem in aliquibus causis jus ignorare permissum est *d. l. 9. pr.* In compendijs prodest *d. l. 8.* secus vero sit, si nostrum petamus, errorq; in damnis amittendæ rei versetur *dd. ll. 7. & 8.* <sup>Iuris.</sup>

CXXXV. A parte Advocati effectus hic est, ut si quidem suscepto munere, sicut diligentem causarum patronum decet, fungatur, pro suis laboribus palmarium sive honorarium petere & à clientibus accipere queat *l. praeses 1. §. sicut 12. ff. de extraord. cognit. l. si sub specie 3. C. de postul.* <sup>A parte</sup> <sup>Advocati.</sup> <sup>Honorarium</sup> <sup>recte petit.</sup>



CXXXVI. Atq; hoc modo justum suum patrocinium, justumq; consilium vendere licet. *caus. 11. quest. 3. c. non licet 71. caus. 14. quest. 5. c. non sane 15.* præsertim cum non tam mercedis (civilis namq; sapientia nummario pretio æstimari non potest. *d. l. 1. §. proinde 5. ff. de extraord. cognit.*) quam honorarii causa accipiat. Etsi forte in solvendo litigatores cessent, per executores negotiorum exigetur, ne per hujusmodi machinationem causæ merita protrahantur *d. l. 13. §. 9. C. de Indic.*

Etiamsi ex tempore de jure respondeat.

CXXXVII. Quod tam in illo qui ex tempore de jure respondere, & sine labore fere advocacionem præstare potest, quam qui magno labore merita causæ explorat, procedere putamus, licet Speculator illum, qui absq; labore & revolutione librorum consulere potest, gratis partibus subvenire teneri statuat *in tit. de Salario §. 2. n. 1.*

CXXXVIII. Quid enim peccavit, cur salario destitueretur? præsertim cum talem eruditionem, & de iure respondendi promptitudinem non sine immensis sumptibus, laboribus, vigilijsq; singulari deniq; divina adspirante gratia sibi comparaverit.

CXXXIX. Quæ omnia certe amore legalis scientiæ frustra fecisse videretur, si nullum inde lucrum sperare auderet: præcipuè cum præmiis ac honoribus alliceantur ad studia homines, eaq; ut Cicero ait, alant artes; immò & brevi fame periturus, aut ad summam redigeretur inopiam, si nullos, suo patrimonio aut toto, aut ad partem saltem studiorum causa cõsumpto, deinceps laborum suorum fructus, nullumq; lucrum percepturus esset.

CXL. Hoc igitur beneficio, legibus non improbato, istos privare non decet, sed si non ampliori & honestiori, æquali tamen salario ipsorum labores dignandi, cum operarius dignus sit sua mercede. *caus. 12. quest. 2. c. quicumq; 66. nulliq; suum officium debeat esse damnosum l. sed si quis 7. ff. testam. quemadm. aper. l. si servus 61. §. que vero 5. ff. de furt.*

CXLI. Cæterum ne Advocati turpis potius lucri, quam communis salutis, proximiq; utilitatis causa operam hanc præstare clientibus videantur, ne è Horatianum illud:

Agri-



*Agricolam laudat iuris legumq; peritus  
Sub galli cantum, consultor ubi ostia pulsat.*

Serm. 7.

De se audiant, cum alias, ut inquit Ovidius, sit  
*Turpe, reos emptamiseros defendere lingua,  
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.*

Admodum vero frequens ac solitum advocatis fuerit ut pecunia corrupti, ea quæ merito tacere aut proferre debuissent, aut protulerint, aut præterierint silentio. Sicut de Demosthene refertur: Eum, cum primo die Milesiorum legatis acriter responderit, neq; ex Republ. esse, auxilio illos juvare, contenderit, postridie, cum res denuo agi capta esset, (acceptâ, quam petiverat a legatis, ut contra ne diceret, pecuniâ) lana multa collum cervicisque circumvolutum ad populum prodijisse, & se Synanchen pati dixisse, eò contra Milesios loqui non quire Agell. l. XI. cap. 9. Quo facto unum è populo exclamasse; non Synanché, quod Demosthenes pateretur, sed Argynanchen esse. Ipsum etiam Demosthenem gloriæ hoc sibi adsignasse, ex Critolao idem narrat Agellius d. l. Cum enim interrogasset Aristodemum actorem fabularum, quantum mercedis, uti ageret, accepisset, & Aristodemus talentum respondisset: At ego plus, inquit, ut tacerem.

Avaritia & perfidia Advocatorum.

Demosthenis.

CXLII. Immo nihil apud Romanos publicæ mercis tam venale fuit, ut inquit Tacitus, quam advocatorum perfidia & avaritia, adeò ut Suilius Samio insigni Equiti Romano quadringentis nummorum millibus operam suam vendiderit, qui cognita etiam deinde Suilij prævaricatione ferro in domo eius incubuerit l. XI. Anal. cap. 5.

Suilius

CXLIII. Idcirco ut solent leges egregiæ exempla honesta, sicut idem Tacitus loquitur l. XV. Annal. cap. 20, apud bonos ex delictis aliorum gigni (cum culpa, quam pœna tempore prior, emendari quam peccare posterius sit) incipiente Cajo Silio Cos. designato, consurrexerunt Patres, legemq; Cinciam flagitarunt, quâ antiquitus cautum erat, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve acciperet. Tacitus dd. ll. lib. XIII. cap. 42.

L. Cincia

CXLIV. Postea vero illorum avaritiâ L. Cincia quodam

Honorarium petere ipse

modo concessum

D





modo coercitâ, ne frustra ac gratis laborarent, sed spe alicujus lucri ad suscipiendas causas, tantoq; majorem in ijs curam impendendam allicerentur, exigue quædam pecuniæ summa, non mercedis, sed honorarii saltem loco à partibus accipere, ipsis concessa est.

Cujus quã-  
titas certis  
circūscri-  
pta est limi-  
tibus.

CXLV. Et ne avaritiæ indulgentes, nimium forte, quam par esset, peterent, certis limitibus istius honorarii quantitas circumscripta est, judiciq; hoc negotii datum, ut is pro modo litis, advocati facundia & fori consuetudine, in quo esset acturus, æstimationem adhiberet, ita tamen, ne quantitas licitum honorarium egrederetur, compensatione etiam illius, quod datum est, facta, cum eo, quod adhuc debetur: & si quid plus datum sit, id quod legitimum modum excefferit, repetere litigator posset. *d. l. 1. §. 10. & 12. ff. de extraord. cognit.*

Ius Came-  
ræ.

CXLVI. Hodie ex Ordin. Camer. non quidem ex quantitate seu magnitudine Productorum, sed ex eruditione & diligentia Advocatorum Referendarii inter referendum labores illorum æstimant, jurantque advocati & procuratores, quando recipiuntur, quod ultra taxatam summam nihil à partibus exigere velint. *Ord. Cam. part. 1. tit. 46. §. vñd damit. 1. tit. 63. & seq.*

De qua re  
promitti  
non debeat  
Honorar.

CXLVII. Res autem de qua promittitur honorarium, nõ debet aut tota illa, aut pars ejus, de qua litigatur, esse. Patum namq; hoc esset de quota litis, à jure civili improbatum *l. sumptus 53. de pact. d. l. 1. §. 12. ff. de extraord. cognit. l. si quis 5. & l. si quis 6. C. de postul.*

CXLVIII. Quod si qui hæc ad turpia lucra contulerint, ac sub specie honorariorum, emolumenta certæ partis, cum gravi damno litigatorum & deprædatione poposcerint, illi veluti abjecti & degeneres, inter vilissimos numerabuntur; siq; in hujusmodi sævitia permanserint, ab ista professione penitus arcebuntur *d. l. 5. & 6. C. de postul.*

Advocat.  
honorar.  
illud pro-  
prium sit.

CXLIX. Deinde; quicquid ex hujusmodi professione vel ejus occasione quæsierunt, illud ad exemplum peculii Castrensis proprio dominio vindicare valent, etsi filii fam. sint *l. fori 4. l. cum advocatio 8. C. de advoc. 1. neq; ipse pater hoc ipsis adime-*



dimere, neq; patris creditores vendere, vel aliter inquietare possunt, neq; cum fratribus patre mortuo commune est, sed proprium eorum, qui id ratione advocacionis adquisiverunt, ita, ut de illis licentiam habeant ultima elogia suæ voluntatis, secundum juris Communis tamen regulas condere, *l. omnes omnino ult. C. qui test. fac. poss. pr. Inst. quib. non est perm. neque inofficiosi parentum querela irrita fieri possint. d. l. ult.*

CL. Correctum tamen hoc est per *Novell. 115. c. 4.* constitutumq; non licere liberis parentes suos præterire, aut quolibet modo à rebus propriis, in quibus licentiam habent testandi, eos omnino, nisi ob certas causas jure approbatas, alienare: siq; ista non observarint, nullam vim hujusmodi testamentum, quantum ad institutionem heredum pertinet, habiturum.

CLI. Præterea & Advocati immunitatem quorundam <sup>Alij effectus.</sup> personalium habebant, quæ exprimuntur *in d. l. sanctimus 6. & l. petitionem 13. C. de advoc. 1.* sicut & filij togatorum causas agentes cæteris super numerariis vel extraneis, modo per statuta tempora legum eruditioni inhæserint, præferebantur *l. nemini 11. d. l. 13. C. de advocat. 1. l. iubemus 3. §. & filios 5. C. de advoc. 2.*

CLII. Finitur advocatorum Officium varijs ex causis. (1) Quomodo si mors contigerit advocato. *l. post duos 15. C. de advoc. 1.* (2) finiatur Ad si quis de Advocatis præfecturæ Prætorianæ sine comteatu vocatorum ultra biennium, vel cum comteatu, ultra quinquennium ab- Offic. fuerit. *l. de constitutione ult. C. de advoc. 2.* vel ultra triennium, si præfecturæ vrbicariæ *l. per hanc 7. §. hoc etiam 2. C. cod. Cuiac. 13. observ. 1.* (3) quando ex numero togatorum ad fisci patronatum vel alia negocia vocatus fuerit. *l. cum advocatio 8. l. si quis 9. C. de advoc. 1.* (4) si alium litigator eligere velit *l. properandum 13. §. illo procul dubio 9. C. de iudiciis.* (5) si ob prævaricationem aut pactum de quota litis, vel alias causas remotus fuerit. Et hæc de Advocatis à privatis constitutis.

CLIII. Cæterum cum ratione objecti & Causæ efficientis <sup>Advocati distinguuntur.</sup> distinguantur in illos, qui à privatis constituti, causas privatorum orant, & eos, qui à publicis ordinati personis, publi-





cas agunt causas; quorum hi advocati fisci; illi vero simpliciter advocati dicuntur: Cognitis nunc ijs, quæ Advocatis privatorum competunt, de illis, quid jure veteri obtinebat, quidq; hodie observetur, paucis quoq; videndum.

**DE ADVOCATIS FISCIS.**  
Ex corpore Advoc. CLIV. Hi secundum ordinem matriculæ ex corpore togatorum *l. cum advocatio 8. l. petitionem 13. l. binos 10. C. de advoc. 1. & secundum ordin. matriculæ eligeb.* quidem vnus saltem: postea verobini ex Constitutione Valentiniæ & Martiniani *d. l. 10. l. sancimus 12. & l. post duos 15. C. dit.* eligebantur, ut fisci causas agerent nec ejus commoda occultarent, aut nomine fisci privatis calumnias commoverent *l. fisci 3. C. de advoc. fisci,* vel adversus fiscum patrocinium exhiberent; nisi eam causam, quam illi, dum fisci patroni erant, forte tractarunt, suscipere declinarent, *l. potes 2. C. h. t.* vel suam, filiorum & parentum suorum aut pupillorum, quorum tutelam gerunt, causam agerent. *l. hiqui pen. ff. de postul. l. cum te fisci C. h. t.*

**A** quonam delur Cam. constituan tur & quid præstare debeant. CLV. Ex Ordin. Camer. Procuratori fisci advocatus juris peritissimus, ab Imperatore vel, eo absente, Rege Bohemæ, adjungitur, qui illius non alterius causas agendas suscipere debet *Ordin. Cam. part. 1. tit. 15. S. die Römische Kayf. 2. & jurare, se causas fiscales omni cura & diligentia sine dolo & machinatione gesturum, nec quicquam, quod in detrimentum causæ vergeret, commissurum. Ord. Cam. d. l. tit. 61.*

**E**ffectus in officio ad huc constitut. CLVI. Ne vero post decursum celerem & labores gloriosos advocati egeni exirent, consultum illis erat ex publico ærario sexcentis aureis, qui non incerto die, sed cum ad medium iter pervenerint patrocinii rerum fiscalium id est Calendis Octobribus per annos singulos sine cunctatione solvebantur, pariq; lance inter eos distribuebantur *l. restituenda 6. pr. l. per hanc 7. S. sexcenti 4. C. de advoc. 2.* Ex Ordin. Cam. trecentos fl, singulis annis accipiunt. *Ordin. Cam. d. l. tit. 45.*

**Q**uid Jur. Camer? Inter Spectabiles S. Consist. Comit. CLVII. Quam diu etiam patrocinium fisci peragebant inter spectabiles Sacri Consistorij, comites habebantur *l. laudabile 4. S. ideog, 1. C. de advoc. 2.* liteq; pulsati seu civili seu criminali nullas sportulas exsolvebant executoribus, vel controversiis movendis in servientibus. *l. per hanc 7. S. cum q, 6. C. d. r.*

158. Post-



CLIX. Postquam vero tale deposuerunt officium tum  
contemplatione laborum Exconsularis moderatoris provin-  
cia dignitate decorabantur *l. petitionem 13. C. de Advocat. 1. à mu-*  
*neribus publicis subeundis excusabantur. l. iubemus 3. §. fin. C.*  
*de advoc. 2. sique filios ingenuos haberent, illi clarissimorum*  
*notariorum consortio inferebantur d. l. laudabile 4. §. & post-*  
*quam 2. C. d. t.*

Effectus  
Deposito  
officio.

CLIX. Hæc etiam de Advocatis fisci jam sufficient. Visum  
namq; non fuit, neq; temporis conditio tulit, diutius his in-  
hæsisse: quæq; iure antiquo in illis obtinuerant, exposuisse  
pluribus. Et de Advocatis in universon. Sequitur

DE PROCURATORIBVS.

CLX. Et licet olim in usu non fuerit, ut quis alterius no-  
mine agere, nisi paucis in casibus potuisset: Quia tamen ma-  
gnam nimis incommoditatem habebat, quod alieno nomine  
neq; agere, neq; excipere actionem liceret: receptum est ob  
summam utilitatem (quamvis quodammodo contra jus sum-  
mum quibusdam videatur) ut per procuratores homines age-  
rent *pr. Inst. per quos ager.*

Olim per  
altos age-  
re non li-  
cebat.

CLXI. Plures vero hujus vocabuli sunt significationes; &  
quidem nonnunquam pro eo, qui *uliro se alienis negociis offert, &*  
*sine mandato agit, sumitur. l. si sine iudice 22. §. qui partes 9. ff. rem*  
*rat. hab. l. qui hominem 34. §. si nullus 4. ff. de solut. l. si ego 24. ff. negot.*  
*gest. l. sed & hæc 35. pr. ff. h. t.* Qui tamen verus procurator non est  
*l. verò procuratori 12. ff. de solut. l. si quis 3. §. sed etsi 3. ff. Indicat. sola.*  
(2) qui quidem mandato alterius agit, actionem tamen propriam non  
alienam movet sicut is, qui in rem suam datus est, procurator di-  
citur *l. quæ omnia 25. l. servum quoq; 33. §. si quis vtr. l. si quis 34. l. procu-*  
*ratore 55. ff. h. arg. l. qui stipendia 9. C. eod. add. l. si quidem 1. §. in pro-*  
*pria causa 11. ff. quand. appell.* Nonnunquam pro eo, qui mandato  
alterius negocia extra iudicialia gerit. *d. l. servum 33. pr. ff. h. t. l. idemq;*  
*10. §. idem Papinianus 5. ff. mandat. l. decreto 24. pr. ff. de administr. tu-*  
*tor. l. si tutela 3. ff. de tutor. vel curat. dat.* (4) Et is procurator di-  
citur, qui a partibus Actoris stat. sicut accipitur in *l. nam postea quæ*  
*9. §. iurandum 6. l. creditore 42. §. sed etsi 2. ff. de iur. iur. l. si mater 11.*  
*In hoc iure 7. ff. de except. rei ind.* (5) Is quoq; qui causas in iudicio

Vocab.  
Procurato-  
ris signi-  
ficat.



utriusq; partis mandato Domini administrat. l. procurator pr. l. filius-  
fam. 8. pr. ff. h. t. l. de pupillo 5. §. si procurator 20. ff. de oper. nov. nunciat.  
l. cum rem 2. C. h. t. Atq; hæc nostro instituto accommodata istius  
vocabuli acceptio est.

Genus Pro-  
curatorū.

CLXII. Genus ex his Procuratorum in administratione  
Causarum consistere, obscurum esse, non potest: Quapropter  
& illi Causarum & negotiorum, quæ peragunt, administrato-  
res & Curatores in *dd. ll.* appellantur.

Procura-  
tio cū suo  
subjecto, de-  
fin.

CLXIII. Verum cū Procuratio accidens aliquod sit, ex  
jam supra dictis patet, illam absq; subjecto, cui insit, definiri  
recte non posse: Quapropter porrò nunc inquirendum erit,  
quale id esse debeat, cui Accidens illud insit, atq; à quo Esse  
suum nanciscatur.

CLXIV. Convenit hoc optimè constitutioni Imppp. Gra-  
tiani, Valentiniani, & Theodosii, quæ in principio quæstio-  
nis in personam, cui procuratio insit, an videlicet ad agen-  
dum idonea, inquiri iubet. l. licet 24. C. h. t. Quæ innotescet, il-  
lis, quæ prohibentur, cognitis argt. d. l. mutus 43. §. 1. ff. h. t.

Qui procu-  
ratores est  
se non pos-  
sunt,

CLXV. Harum autem quasdam, tum ob naturæ defectum,  
& quidem vel corporis, vel animi; tum Lege, ob alias causas  
prohiberi quasdam invenimus.

Qui perpet  
morb. la-  
bor.

CLXVI. Ob Naturæ defectum & quidem Corporis, remo-  
ventur, qui perpetuo morbo laborant l. femina 54. ff. h. t.

Mutus Sur-  
us.

Mutus & Surdus d. l. mutus 43 ff. eod.

Minores  
xvii. ann.

CLXVII. Ob Animi defectum Minores XVII. annis §. In-  
ste autem 5. Inst. qui & ex quib. caus. arg. l. 1. ff. de postul. In propri-  
is quippe causis per procuratorem agere debent. §. item invi-  
ti 2. Inst. de Curat. Multo igitur minus ad alienas lites admini-  
strandas procuratores constitui poterunt. arg. §. Item maior 13.  
ff. de excusat. tut.

Major xvii  
ann. quan-  
do procur.  
esse poss.

CLXIX. Maior vero XVII. annis, in ijs casibus, ex quibus in  
integrum restitui non potest (sicuti illis non succurritur, si  
alieno nomine, veluti procuratorio, agant, cum potius domi-  
nus sibi ipsi imputare debeat quod tali commiserit negotia. l.  
cum mandat 23. ff. de Minorib.) procurator idoneus est. In qui-  
bus autem hoc beneficio gaudet, non æquè l. minor. 51. pr. ff. de  
procu-

Quando  
non



*procurat.* Nunquam enim satis consultum adversario esset, sed semper periculum foret, ut acta in iudicio elusoria redderentur. *Baccov. in animadv. ad Trentler. disp. 8. th. 1. lit. E.* Et hæc quidem ob Naturæ defectum.

CLXIX. Inter illas, quas ob alias causas à lege removeri diximus est *Fœmina* *l. fœmina 54. ff. h. t. l. fœmina 2. de R. I.* Alienam siquidem suscipere defensionem virile est officium, & ultra sexum muliebrem positum *l. alienam 18. C. h. t. ne persequenda litis obtentu, in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruat, & conventibus virorum, vel iudicijs interesse cogatur. l. mariti 21. C. d. t. arg. l. 1. §. 5. ff. de postul.*

CLXX. Quæ tamen si in rem suam, & proprium lucrû mandata illi actiones sint, cum eo modo non alienas, sed proprias, respectu scilicet commodi & incommodi, intendat *l. qua omnia 25. ff. de procurat.*, recte eas exercere potest. *l. quia absente 4. C. eod.* (non tamen ut verè procuratrix, ut supra jam diximus) Sicut & admittitur, si pro parentibus, quos morbus aut ætas prohibet, nec quenquam alium, qui agat, habent, interveniat *l. fœminas 41. ff. h. t.*

CLXXI. De Iure Saxonico non solû pro alijs fœmina procuratrix esse non potest, sed nec in propria causa legitimam personam standi in iudicio habet, cum curator illi ad iudicium litemq; dandus *Constit. Elect. p. 2. c. 15.*

CLXXII. Ob status conditionem, & quidem, quod sit potentior ob opes vel dignitates prohibetur *Resp. & Fiscus*. Horum iuribus, inquit *Imp.* ut quis adjuvetur, contra rationem juris frustra quis desiderat. *in l. Reipubl. 1. C. ne fisc. vel Resp. l. per procuratorem 54. ff. h.* Ius namq; suum citra invidiam fisci solemniter quisq; curare debet *l. cum allegas 2. C. d. t.*

CLXXIII. Illustres item personæ: Hæ enim, cum tam lites pecuniarias, quam criminales suo exercere nomine nequeant *l. quicumq; 25. cum Auth. Hoc ius C. h. t. l. ult. C. de iniur.* sed per procuratorem: ne sedere cum iudicibus, cum iudicant, aut rursus stare, cum litigant, cogantur: Multo pro alijs minus intervenire poterunt, ne honor illorum vilescat, adversariumq; illorum potentia terreat.



CLXXIV. **Privati po- tentiores,** Divine hoc admodum constitutum est à D. Clau- dio etiam in privatis potentioribus, pœna gravi tam illis, qui eorum patrocini- um aduocarunt, quam his, qui præstiterunt officium, constituta *l. diuine 1. C. ne liceat potent.*

CLXXV. Intererat namq; ne in vniuersum omnes litiga- tores, præcipue tenuiores, importunis potentum (qui pa- res esse non possunt *l. 3. pr. de alien. iud. mut. causa.*) inter- cessionibus opprimerentur, sed ut iudiciariæ lites, suo poti- us Marte discurrerent, quam potentiorum domorum opibus niterentur. *d. l. diuine.*

CLXXVI. **Servus.** Ob status Conditionem, quod vilior illa sit, quam ut in iudicio versari possit, prohibetur **Reus Cri- minis.** *Servus l. servum 33. ff. h. t. l. servus 6 C. eod.* Reus item Criminis, ex cuius accusa- tione iudicio semper adesse nequit *l. Reum Criminis 6. C. d. t.*

CLXXVII. **Prodigus.** Ob vitæ dissolutionem prohibetur **Prodigus,** qui in quibusdam, præsertim ubi talia negotia gerit, ex qui- bus damnum suis ipse rebus accersere potest, pro furioso ha- betur, & ab illis, sicut furiosus removetur *arg. l. furiosi 40. ff. de R. I. l. his qui 12. §. Divus pius 2. ff. de tutor. & curat. dat.*

CLXXVIII. **Miles.** Ob Reipubl. salutem Miles, non Veteranus. *l. militem 7. C. h. t. §. fin. Inst. de except.* etiam si adversarius velit *l. filiusfam. 8. §. veteranus 2. ff. h. t.* nisi exceptio hæc tempore litis contestatæ ommissa fuerit, quæ postea in causa appellationis opponi non potest. *l. ita demum 13. C. h. t.*

CLXXIX. Sicut etsi in rem suam procurator sit. Neq; dici potest, eum, qui honesta & verecunda causa præcedente man- datas sibi actiones exercet, alieno negotio fungi, licet con- tentio ex alterius persona bonâ fide sumatur *d. l. 8. §. 2. l. 55. ff. d. t. l. qui stipendia 9. C. eod.*

CLXXX. Aut communem causam omnis sui numeri per- sequatur *d. l. 8. §. 2. l. procuratore 55. ff. h. b.* quam necesse habet pro parte procuratorio nomine agere, cum partem suam, nisi to- tam agat, commode accipere nequeat. *l. plane 3. ff. fam. erusc.*

CLXXXI. **Qui nõ est Doctor vel Licentia- tus.** Ex Ordin. Cam. quoniam in omnis Procurato- ris vitam, eruditionem, Nativitatem, antequam adsumitur inquiritur, nemo idoneus erit, nisi qui optime in iure versa- tus



rus fuerit, & vt Geil testatur, Doctor vel Licentiatus 1. observ.

43. n. 7.

CLXXXII. In aliis etiam bene constitutis judiciis, moribus nostris personæ viles, ut infames non admittuntur, sicut nec de Iure Canonico *caus. 3. quest. 7. C. 1. & 2.* licet de Iure Civili admissus fuerit, ne scilicet, dum de istis altercatur, ipsius negocij disceptatio protelaretur §. *fin. Inst. de except.* Hinc illi, qui procurationem susceperunt, infamissimam suscepisse vilitatem dicuntur *in l. si quis procurationem 34. C. de decur.*

CLXXXIII. Atq; tale subjectum, cui procuratio insit esse oportet. De quo tamen adhuc observandum. Nullum procurationem vel suscipere, vel susceptam persequi, necessitate absolutâ debere aut saltem posse, cum ipsi media adhuc sint relicta, quibus si utatur, liberare se ab isto onere commode queat. Quapropter necessarium hoc ipsi esse, dici nequit, per ea quæ tradit Philosophus 4. *Metaph. 5.* Necessitate tamen ex hypothesi quandoque debet *arg. l. servum 33. §. 3. & 4. ff. de procuratorib.*

CLXXXIV. Sicut nec invitus quispiam illam si proprie loquaris, suscipit. Id enim cum aut sit per violentiam, aut per ignorantiam, *Aristoteles 3. Ethic. 1. 4.* & illud quidem, cui principium foris sit, nihilq; ad id conferat is, qui agit aut patitur *d. cap. context. 4. 10. & 13.* Hoc quod per ignorantiam fit, ita tamen, ut eum, qui fecit illius postea pœniteat. *d. l. text. 14.* ad nullum horum referri poterit.

CLXXXV. Non ad posterius: Mandato namq; domini causas administrare oportet, ut infra patebit. Quod ignorans nemo contrahit: Et ob plures alias causas.

CLXXXVI. Sed nec ad prius. Nemo namq; dixerit principium istius actionis extrinsecus accedere, neque quicquam procuratorem ad id conferre: cum sine contradictione, quendam procuratorem esse, nec tamen ea, qui procuratoris definitionem ingrediuntur habere, dici nequeat.

CLXXXVII. Magis itaq; sua sponte illum agere existimamus: etiam si forte alias illam non susciperet: Sicut ipse etiam Aristoteles has actiones, quas mixtas vocant, ad spontaneas

E

magis

Nemo procurationē suscipere necesse habet.

Nec invitus quisquam illam suscipit.





magis refert. *d.l.tex.6. & 10.* Est namq; in omnes, dū agunt principium movendi partes eas, quæ sunt in hujuscemodi actibus instrumenta. At quorum principium est in ipso, ea agere vel non agere in illo est situm *d.l.tex.7.*

CLXXXIIX. Invitum igitur, quando Vlpianus dicit, non tantum eum esse qui contradicit, verum illum quoq; qui consensisse non probatur, *in d.l. filiusfam. 8. §. 1. de procurat. facile vnicuiq; pater abuti* Ictum eo in loco isto Vocabulo. Et hæc ex illa, cujus propria de principijs actionum humanarum tractatio est, disciplina cognoscenda.

CLXXXIX. Verum cum illud pro alio, nisi à quodam, & quidem Domino constituatur, quatenus Procurator intervenire nequeat; De illo qui Procuratorem ordinare possit, nunc præterea videndum, & subiectum habile, cum non omni indistinctè hæc potestas tributa sit, eruendum. Edictum autem de eo itidem, vt superioribus, prohibitorium *d. l. mutus 43. §. 1. h. t.* Quapropter quod prohibitum non inveniemus, idoneum reputabitur. *cap. 1. de Procurat. in 6.*

CXC. Facile autem patet, cum mandato Domini, vt supra diximus, & ex seqq. latius patebit, administrent alienas causas procuratores: Et vero mandatum non contrahatur, nisi ubi consensus ab utraq; parte interveniat; eos removeri à procuratoris datione, qui consentire nequeunt. Vt sunt furiosus, mente captus, & infans *arg. l. 5. de R. I. l. §. pupillus 9. Inst. de Inut. stipul. §. qui tutor fin. Inst. de Curat.*

CXCI. Præterea ordinaturus Procuratorem cum dominus litis esse debeat *arg. l. neq. 11. & l. nulla 23. C. de Procurat.* id est vt actio ad illum spectet, sicut litis vocabulum pro actione sumitur *in l. litis 36. de V. S. nemo procuratorem, nisi actionem habeat, rite constituat.*

CXCII. Hinc filiusfam. in ijs bonis, in quibus ususfructus ad patrem pertinet, prohibentur dare procuratorem. Actio quippe de ijs non filio sed patri competit; isque eam suscipit & movet *l. cum non solum 8. §. vbi autem 3. C. de bon. qualib.*

CXCIII. Bannitus quoq; omnia namq; quæ juris civilis sunt, amittit, ut ex superioribus patuit, proinde & actionem quatenus talem.

Qui procuratorem constituere non possunt,

Furiosus  
Mente captus  
Infans.

Qui non est dominus litis.

Filiusfam. quomodo?

Bannitus.



CXCIV. Servi item ad litem *l. servum 33. pr. h. t. nisi ex possessione libertatis ad servitutem ducantur l. lites super 1. C. de adfert. toll.* Et qui ab hostibus capti sunt *l. ab hostibus 15. pr. ff. ex quib. caus. mai.* quia hi quam diu in potestate sunt, servi esse intelliguntur. *§. servi autem Inst. de iur. person. §. item ea 17. Instit. de R. D.*

Servi quam  
doque.

Ab hostibus  
capti.

CXCV. Eodem numero accensentur tutores & Curatores ante litis contestationem: procurator item ad alium procuratorem dandum *l. si mandaverit 8. §. si quis mandaverit 3. ff. h. t. l. si ab executore 4. §. si procurator ult. ff. de appellat. l. quod quis sibi 8. d. l. nulla dubitatio 23. C. h. t.* Hi namq; à dominis, ut diximus litis, dari debent *d. l. 1. ff. h. b.* Procuratores vero nisi post litis contestationem domini non efficiuntur *d. l. nemini 11. & l. procuratorib. 22. C. d. tit.*

Tutor. Curator.  
Curator. Procurator.  
ante  
lit. Contestat.

CXCVI. In rem tamen suam procuratores dati, vel quibus à Dominis substituendi alium potestas concessa est, ante litē contestatam etiam procuratores rite constituunt *C. non in discrete 1. & cap. 15. qui 3. de Procur. in 6. Ordin. Camer. part. 1. tit. 20. §. Im fall.*

Fallit.

CXCVII. Hodie quamvis litis contestatione domini litis facti fuerint, si ab interlocutoria tamen appellatum sit, alium illos procuratorem dare non posse testatur *VVurmb. 1. observ. tit. de Procurat. observ. 9. Baccov. ad Thes. 3. h. t.* Et hi quidem quod actio ad illos non spectet, remonentur.

CXCIX. Quidam præterea, quamvis Domini quidem litis sint, quia tamen dispositio bonorum adempta his est, nihilominus vetantur, ut Pupilli & Adulti sine tutoris vel curatoris interventione *d. iam saepe l. 11. C. h. t.* nisi in quibus ipsi possunt sine curatore agere, ut in causa matrimoniali, *cap. ex parte 14. Decret. de restit. in causa spiritali cap. ult. de Iudic. in 60.*

Pupilli Adulti.

CXCIX. Quod si de facto procuratorem litis ordinarint, & pro illis pronunciatum fuerit, sententia rata habenda est. Hisce namq; personis in damnis ætas subvenit, non in rebus prospere gestis obesse debet *l. non eo minus 14. C. d. t.* Et hæc de subiecto, quod constituere Procurat. potest.

CC. Obiectum nunc porro considerandum erit. Non enim

DE OBIE-  
CTO.



omnes actiones, inquit Ulpianus per procuratorem institui possunt, in l. Pomponius 40. pr. ff. h. t. sed quædam excipiuntur. Quibus cognitis, simul intelligemus eas, quibus procuratorem adhibere de jure est licitum.

In propria lite.

CCI. Et quidem ex natura ipsa hujus officii liquidum est, neminem in propria lite (si proprie loquaris) necessitate videlicet formæ sive definitionis, quæ postea patebit dari procuratorem posse. l. 1. ff. h. t. quamvis sæpè istiusmodi vocabulo, non nisi æquivocè tamen, insigniantur illi, quibus causa propria est, id est ad quas commodum & incommodum istius pertinet l. si quidem 1. §. in propria causa n. ff. quand. app. d. l. 33. §. ult. l. si quis 34. ff. h. t. & c.

In popularibus. Actionibus.

CCII. Quapropter nec in illis, in quibus omnium civium par in accusando jus est, nec adeo alieno quis intervenire nomine potest: Ut in popularibus actionibus d. l. mutus 43. §. in popularibus. 2. ff. h. t. quando nimirum de publico interesse & ad publicam vindictam agitur. Si enim de privato damno & privato interesse agatur, tanquam in privata actione Procurator admittitur. l. licet 42. pr. l. non cogendum 43. §. qui ita 1. ff. de procurat. *idem valet in arbitrariis*

In capitalibus.

CCIII. In criminalibus causis & quidem capitalibus tam in publicis quam privatis judiciis accusari per procuratorem nemo potest. In illis, qui omnium civium par in accusando est jus, atque unicuique ex populo illorum delatio atque executio plerumque datur l. quamvis 30. C. ad l. Jul. de Adult. §. publica 1. Inst. de public. indic. ideoque nemo ut in alieno negotio, intervenire potest. l. pen. ff. de publ. ind.

CCIV. In his, quod in genere talia intendentes crimina in iudicium venire, nomen rei indicare, causam peragere, interdum etiam vinculum (habita tamen dignitatis æstimatione) pati debeant l. ult. C. de accusat. l. qui crimen 3. C. de his accus. non possunt. l. nullus 2. C. de exdib. reis. Quod absens omnifacere non potest. Et nihil etiam (verba sunt Donelli) facilius absenti esset, quam se iudicio & pœnæ subducere cum injuria Reip. si suam calumniam detegi animadvertit, & pœnam aut metuat aut jam consecutam etiam cognoverit. Ita elusorium foret.



ret iudicium. Quod ne fiat, cum in privatis tum publicis iudicijs maxime cavendum est. *Hec Donellus.*

CCV. Moribus nostris à parte accusatoris indistincte procuratorem admitti, siue agat criminaliter siue civiliter tradit *Vesemb. part. n. s.* Legem namq; patria accusatorem non ita teneri ad pœnam talionis, sicut iuribus nostris, sed tantum sumptus præstare, & multam pecuniariam, si in probando defecerit.

*Ino actor in  
m. & unat. f  
11. comp. or*

CCVI. Reum quod attinet, pro eo, ut in iudicijs privatis in publicis etiam pecuniarijs verum intervenire procuratorem posse, existimamus, *per text. generalem in l. 1. ff. an per al. caus. l. levia 6. ff. de accusat.*

Procurator pro Reo quando possit intervenire.

CCVII. In capitalibus publicorum iudiciorum etiam defensionem (non tamen veri procuratoris) admittimus, sub hac conditione, si lis jam fuerit contestata *id est* captum iudicium, & accusatus semel præsens inter reos receptus. Quoniam hoc casu porro contra eum, qui discessit procedi, & iudicium contra absentem peragi, & sententia damnatoria ferri potest. *l. adulteram 13. C. de adul.*

Quando non.

CCVIII. Quapropter non tantum permissum est alicui allegare absentia causas *d. l. pen. §. 1. ff. de publ. iudic.* sed quemvis etiam pro eo verba facientem & innocentiam ejus excusantem, audiri æquum est *d. l. servum 33. §. 3. ff. h. t.* non autem per modum ordinaria ac veræ defensionis, ubi scilicet defensor subit vicem rei principalis, litem suo nomine contestatur, in se suscipit, iudicatumq; solvi satisfacit. *l. miles 11. §. ea 2. ff. ad L. Iul. de Adult.* Neq; enim in ipsum ut in virum procuratorem sententia fertur & executioni mandatur *Baccov. 2. Vol. disp. 32. tb. 3. Cuiac. 20. observ. 20.*

CCIX. Quod si vero lis cum ipso contestata non fuerit defendi absens non potest. *l. si quondam 15. C. ad L. Iul. ad adult.* Neq; enim cum ipso iudicium inchoatum est, nec accusatus inter reos receptus quapropter nec absens damnari, frustra q; defensio amplius innocentia admitti potest.

CCX. In interdicto de liberis exhibendis, non aliter procurator nisi causa cognita, id est, si nominatim ei mandatum

In interdicto de liberis exhibendis quando admittitur.





fit, & pater valetudine vel alia causa iusta impediatur. *l. Pomponius 44. pr. h. t.*

In suspect. CCXI. In suspecti item tutoris cognitione non aliter in-  
teruenit, nisi constet illi à tutore nominatim hoc mandatum,  
ut. cognit. aut si tutor ita absit, vt de Volūtate ejus in defensione vel reti-  
quomodo? nenda vel alij mandanda statim cognosci non possit, & Prætor  
de suspecto cogniturus, tum quivis defensor pro absente et-  
iam sine mandato admittitur.

In integrū CCXII. In integrum quoq; restitutione, quæ minoris no- *si*  
restituit. mine postulatur non aliter Procurator, quam si specialiter i-  
psi mandatum sit, admittitur *l. illud 25. §. 1. ff. de Minor.*

Iurament. CCXIII. Iuramentum etiam propter calumniam à litiga-  
propt. ca- toribus per procuratorem præstari non debet. *l. cum & iudices*  
lumniam à *2. §. 3. 4. 5. C. de iure iur. propt. cal.* Etsi actor nolit Sacramentum  
procur. præ calumniæ subire, idque legitime probatum sit, non licet ei  
star. non! penitus ad litem pervenire, sed cadit ab instituta actione, qua-  
potest. si improbus litigator, & tristitia iudicum ei cum summa in-  
terminatione occurrit, eumq; à iudicio quam longissime ap-  
pellat. *d. l. 2. §. quod si 6. C. d. t.*

CCIV. Sin autem reus hoc sacramentum subire recusave-  
rit in his capitulis, quæ narratione comprehensa sunt pro  
confesso habetur, licetq; iudicij sententiam proferre, quem-  
admodum ei ipsa rei qualitas suggererit *d. l. 2. §. sin autem 7.*

Quomodo CCXV. Quando ita res est habilis ut in ea procurator dari  
olim pro- possit, tum quidem olim dabatur ad totam causam, vel ad v-  
curator ad nam saltem articulum *l. 1. ff. d. t.* Hodie vero in Camera Impe-  
causam, da riali constitutiones Procuratoriæ non admittuntur nisi ad  
batur. totam causam sint directæ *Ordin. Cam. part. 3. tit. 12. §. so vmb den*  
*Geil. 1. observ. 51. n. 11. Myns. 1. observ. 46.*

CCXVI. Cæterum etsi tales sint personæ, quæ & constitue-  
re & constitui rectè possunt, resque ita etiam comparata, ut  
circa illas versari de jure non prohibeatur, nihilo tamen mi-  
nus adhuc quid, antequam litem seu iudicium inchoent &  
peragant, ab illis requiritur, quod subungere his necessum  
est.

Mandatū à CCXVII. Est autem id Mandatum domini, quod tã ab Actoris  
Procur. re- quam  
quiritur,



quam Rei procuratore exigitur *l. 1. l. in causa cognitione 27. pr. h. Ordin. Cam. part. 1. tit. 21. §. wir segen Geil. 1. observ. 47. n. 1.* adeo ut si quis in initio litis mentitus sit, se procuratorem esse, cui mandatum nihil sit, & ita eo admissio lis cum ipso contestata fuerit, si falsus postea inveniatur, placet principalem eo iudicio non teneri, nullumq; iudicium fuisse. *l. licet 24. C. eod.*

CCXIX. Constituitur autem hoc mandatum consensu vel expresso *l. 1. ff. h. t. §. procuratores 1. Inst. per quos agere aut tacito l. qui patitur 18. ff. mandat. rati habirione. l. vero Procuratori 12. §. sed cui ult. ff. de solut. l. licet 56. ff. de Iudic. l. si is 66. ff. de Procurat. quæ mandato comparatur d. l. 12. §. fin. de solut. l. semper 60. de R. I. arg. l. si quis 3. §. 2. ff. iudic. solvi.*

Quomodo  
Mandatū  
constitua-  
tur.

CCXX. Inter presentes (pro quibus & illi etiam, qui in hortis, foro, vrbe, & in continentibus ædificijs sunt, habentur *l. 5. & 6. ff. h. t.*) & absentes *d. l. 1. §. ult. l. si procuratorem 65. ff. eod.* & quidem in diem ad diem, sub conditione, vel in perpetuum (id est dum ad vivunt *l. societas 1. pr. ff. pro socio*) *l. 3. & 4. ff. d. t. dummodo certus sit, qui datus intelligitur, ratumq; habuerit l. dummodo 2. eod.*

CCXX. Atq; hoc mandatum vel ad omnes res extenditur, & dicitur Generale, vel ad vnam aliquam rem & speciale appellatur *d. l. 1. §. 1. h. & quidem vel cum libera l. procurator 58. h. l. §. 4. ff. de acquir. rer. dom. §. nihil autem 43. Instit. de Rer. div. in quo tamen non omnia, quæ specialia alias mandato opus habent, continentur arg. l. si consentit 7. §. videbimus 1. ff. quib. mod. pign. solvi. licet quædam in subsidium & casu necessitatis, quæ speciale mandatum requirunt, generali nonnunquam comprehendantur *l. nam & nocere 12. ff. de pact. l. iusiurandum 17. §. ult. ff. de iur. iur. Vel sine illa l. procurator totorum 63. ff. d. t.**

Mandatū  
vel est Ge-  
nerale aut  
Speciale.  
Cum li-  
bera.

CCXXI. Porro non sufficit ut quis mandatum à Domino acceperit, nisi de illo in iudicio etiam constet, Quod fit vel cōstitutione Procuratoris apud Acta vel testibus, vel Scriptura. *Vult. l. 2. Iurispr. Rom. c. 30.*

Sine libe-  
ra.

CCXXII. Constitutio Procuratoris apud acta fit, quando litigator apud Iudicem, vel iudicij Secretarium pro more cu-

Constat de  
mandato  
in iudicio  
Vel

Constit.  
Procurat.  
apud acta.

iusq;



jusq; judicij voluntatem suam declarat, quod huc vel illum Procuratorem suum esse velit *Vult. d. l.*

Testibus.

CCXXIII. Testibus probatur mandatum ad minimum duobus *arg. d. ubi numerus. 2. ff. de Testib.* in quorum presentia voluntatem suam Dominus litis procuratori accommodarit.

Idoneis.

CCXXIV. Et quidem Idoneis fideq; dignis: Cæteroquin non satis consultum foret reo, si citra cautionis rationem ejusmodi probationem admittere cogeretur cum dominus postea testes falsos dicere, & denuo agere posset. Si vero tales non sint cautione rati defectum illum supplendum esse *inquit Bacov. in disp. de Procurat. th. 9. lit. C.*

Scriptura legitima.

CCXXV. Scriptura fit non quavis, sed, ut operationem habeat, legitima: illa est, si rei contineat nomen, constituentis item & constituti, causam, in qua constituatur, & coram quo judice *Speculat. §. ratione 3. n. 10. de Procurat.*

Actus non debent exprimi in mandat.

CCXXVI. Actus item, ad quos dabatur, solebant in formula exprimi *Specul. §. ut autem n. 1. d. 1.* Verum cum in Camera, ut jam diximus, mandata procuratorum non aliter admittantur, quam ad totam causam, non necessarium id amplius, sed inutile penitus erit.

Nec clausula de Rato habendo.

CCXXVII. Sicut nec necessum in mandato clausulam de Rato habendo addere: cum plus quam ridiculum sit, mandare alicui negotia gerenda, idq; fateri etiam, & de rato ejus, quod mandavit, excipere, ut pulcre *Bacov. ad d. disp. th. 8.*

Finis Procurat.

CCXXIX. Atq; hæc fere sunt, quæ mandatum hoc, seu ipsum potius Procuratorem respiciunt, quibus ad ipsam judicij tractationem pervenire postea possit. Quæ omnia eum in finem nunc constituta sunt, ut illorum, qui suis ipsi rebus superesse nolunt vel non possunt, negotia per alios expediantur. *d. l. 1. §. 2. ff. de Procurat.*

Definitio Procuratoris.

CCXXIX. Ex his igitur omnibus Procurator colligitur esse Actor seu administrator causarum idoneus, mandato Domini legitime constitutus, ut qui rebus suis præesse nolunt, vel non possunt, per alios agere & conveniri queant.

Effectus procurat. mandat.

CCXXX. Effectus procuratorij hujus mandati varius est tam quoad mandantem, quam mandatarium: Et hujus item  
alius



alius si actoris, alius si rei procurator sit, alius item, qui utriusque tam actoris quam rei procuratorem simul respicit.

CCXXXI. Procuratoris ad agendum dati hic est, ut, cum aperte, se ea de re, in qua ordinatus, domini nomine acturum suscepit, exequi quoque id, nisi ipsum quid impediatur, & susceptam, ut loquuntur Imp. implere fidem debeat *in l. inuitus 17. C. de procurat. l. si mandavero 22. §. 11. ff. mand. §. mandatum 11. Inst. eod.*

Procurat.  
Actor. do-  
mini cau-  
sam agere  
debet.

CCXXXII. Quapropter non tantum causam in iudicium deducere, seu ab initio agere, ut quidam volunt; sed eam, usque dum iudicetur, sententiaque finiatur, prosequi debet *d. l. inuitus 17. l. 2. C. d. t. l. si procurator 2. ff. an per al. caus. l. qui proprio 46. §. item queritur 3. ff. eodem alioquin interesse praestare tenetur l. si procuratorem 8. §. 8. ff. mand.*

CCXXXIII. Nisi ad actum tantum unum datus sit. *l. diligenter 5. pr. ff. mand.* aut renunciatum domino tempestive, ut integrum jus mandatori reservatum fuerit; vel per alium eandem rem commode explicandi, *cap. non iniuste 14. de Indic.* vel summa inopia ipsum ab appellationis executione excusaverit. *d. l. si procuratorem 8. §. 8. ff. mandat.* & ob alias causas.

CCXXXIV. Nec refert, utrum alienam actionem alieno nomine, an vero actionem suam sua conventionem sibi quasi alterius itidem nomine sibi dari quis postulet *d. l. 33. §. 3. C. l. non solum 29. §. 1. h. t.* atque hanc alieno ita exerceat nomine, ut commodum istius & incommodum ad dominum redeat, qui nihilominus suo nomine illam intendere dici potest, ut fit *in d. l. 29. §. 1.* si causam videlicet proximam spectes, quatenus contractu illam sibi peperit; si vero alieno nomine tali exerceat modo, ut non quidem commodum & incommodum ad dominum, cuius nomine agit, referatur, sed ad seipsum, actiones autem alieno intendat nomine.

CCXXXV. Atque hoc pacto agit Procurator in rem suam (quem tamen proprie loquendo procuratorem esse non dicimus) licet in multis causis pro domino litis habeatur, & litem suam suo nomine (respectu scilicet commodi & incommodi) agere dicatur *l. quia 4. C. l. quia stipendia 9. C. de procurat. l. qua omnia 25. l. procuratore 55. ff. eod.*





Procura-  
tor Rei  
dominum  
defendere  
debet.

CCXXXVI. Procuratoris ad defendendum ordinati hic est, ut dominum ex mandato boni viri arbitrato defendat *l. pen. ff. h.* etiam actoris in reconventionem; cum is in illa non actoris sed rei vicem sustineat *d. l. servum 33. §. 3. l. vn. C. de satisfand.*

CCXXXVII. Aequum hoc Prætori visum est *d. l. 33. §. 4.* Non enim debet litigatori deterior conditio fieri, eo quod Procuratorem admittat, quam si Dominus ipse agat. Is autem reo respondere necesse habet: cum prius solvere reus non cogatur, *l. neq. 6. C. de Compensat.* Quapropter & idem Procuratori, cum quo, ut ipso litigatore agitur, faciendum.

CCXXXIIX. Quod si hoc facere recuset, sicut ad defensionem reconventionis, necessitate scilicet absoluta adstrictus non est (cum possit salva mandati fide & defensionem recusare, quam non recepit eâ conditione, ut cum defensione litis conjungeret, *l. invitus 17. C. h. t.*) licet aliarum faciendi obligationum hæc quidem conditio, ut si factum non sit, condemnatur ad id quod interest *l. si quis 13. §. 1. ff. de reiudic.* specialiter tamen in hoc casu receptum est, ut procuratori, si ipse, quod ab eo desideratur, non præstat, vicissim quod petit, actio nimirum, denegetur *l. mutus 43. §. pœna 4. ff. h. t.*

CCXXXIX. Vbi vero actio intentata non est, ut fit quando primum ad defendendum reum procurator accedit; cum hic actio denegari non possit, ex stipulatu ob rem non defensam cum eo agetur. *l. mutus 43. §. ult. l. non cogendum 45. pr. ff. h.*

Procurat.  
Rei satisfada  
re iudicatū  
solvidebet.

CCXL. Respectu Procuratoris Rei Procuratorij hujus mandati effectus etiam hic est, ut in ipso litis limine, etiam si sub gestorum testificatione procurator factus sit, iudicatum solvi satis det *l. vn. C. de satisfad. §. si vero 5. Inst. de satisfad.* stipulante vel ipso actore, vel alio, ut procuratore, qui hujus rei mandatum aut rati habitationem tantum suscepit, aut universonum bonorum *d. l. 3. §. 2. ff. indicat. solvi.* vel tutore & curatore, qui verus tutor & curator, cuiq; de ea causa agendi facultas permittitur. *d. l. 3. §. 4. 5. 6. 7. & c.*

Etiam A-  
ctoris pro-  
curat. in re  
conventio.

CCXLI. Etiam Actoris procurator in reconventionem. In illa enim, ut jam diximus, domini negocia administrat, non quatenus Actoris, sed Rei procurator, ut pote cujus dominus



mus mutua reconventionem, qui modo actor erat, reus esse incepit.

CCXLII. Nemo namque alienae litis defensor sine satisfactione idoneus intelligitur *l. qui proprio 46. §. qui alium 2. §. si vero 1. & §. si viros Instit. de satisfat. (exceptis paucis personis, de quibus in l. ult. §. defens. C. de administr. tut. & aliis)* De omni defensore scriptum est. *in dd. iam. ll. de omni re in d. l. vn. C. de satisfat.*

Nemo defensor sine satisfat. idoneus.

CCXLIII. Etiam si locupletissimus sit *l. minor 51. §. ult. vel consularis l. 52. & 53. ff. h. t.* Qui enim rem alienam defendit nunquam locuples habetur. *l. qui rem 66. de R. I.* non quidem, quod in re ipsa, id est, si facultates ejus respicias, talis non sit, cum j<sup>o</sup> expresse locupletem illum esse fateatur, sed quod, hoc ipso, ut idoneus ad defensionem sine satisfactione admittatur, pro locuplete non habeatur: cum multis evenire casibus possit, ut qui jam locuples sit, facultatibus mox labatur, vel alio modo solutionem difficiliorem, quam si satisfecerit, actori faciat. *Donell. d. l.*

Etiam si locupletissimus. Consularis

CCXLIV. Relevatur tamen hoc onere, si ipse Dominus in judicium veniat, suique Procuratoris personam per judicatum solvi satisfactionem solenni stipulatione firmet, sive extra judicium, per quam fidejussor existat pro omnibus judicatum solvi satisfactionis clausulis *§. si autem 4. Inst. de satisfat.*

Nisi Dominus ipse satisfecerit.

CCXLV. Optima sane haec ratio. Neque enim cautum alias idoneum est actori, ut illo condemnato actionem iudicati adversus Procuratorem, vel ejus dominum habeat: cum non tantum liberationem, ne scilicet cum eo iterum agatur, qua ratione mandatum ipsi, sicuti reo, sufficeret, sed pecuniam praeterea, vel aliud aliquid a reo petat, quod sine hac satisfactione ab illo vel procuratore ejus consequi non potest.

CCXLVI. Quapropter nec ad hoc sufficit, si dixerit se judicatum solviturum: fidejussores amplius ab ipso exiguntur, a quibus, si forte reus solvendo esse desinat, suum consequatur *l. 1. qui satisfat. cog.*

Fidejussores quoque exiguntur.

CCXLVII. Et quidem locupletes, ac non tantum propter rerum magnitudinem *l. quos nos hostes 234. §. 1. ff. de V. S.* sed

Idonei.



propter conveniendi etiam facilitatem idonei *l. fideiussor 2. ff. qui satisd. cog.* Ita demum namq; inquit Ictus, implese satisfationis stipulationem videtur is, qui satisdare promisit, si eum dederit accessionis loco, qui obligari potest & conveniri. *l. qui satisdare 3. ff. de fideiussor.*

Non itaq;  
servus.

CCXLIIX. Servum itaq; si dederit, vel filiumfam, ex quibus causis de peculio actio non datur, vel mulierem quæ Scti auxilio utitur, dicendum est non impletam esse satisfationis stipulationem *d. l. 3. de fideiuss.*

Nec mili-  
tes & alij.

CCXLIX. Sicut & si militem, qui militari privilegio uti *l. milites 31. C. locat.* vel eum, qui præscriptionē fori opponere potest: nisi se non usurum isto privilegio promiserit *l. fideiussor 7. pr. qui satisd. non cog.* vel minorem, propter restitutionis beneficium, aliosque qui exceptione quadam se tueri possunt, dederit.

Plura vt  
committatur  
stipulatio, requi-  
runtur.

CCL. Verum non committitur statim hæc stipulatio si fideiussores idonei intervenerint, oportet amplius quædam, quæ in hac satisfatione, ut committatur, tam à iudice, quam litigatorum procuratoribus, tum iudicis, tum horum ipsorum respectu, lex desiderat, rite observari, quæ ob connectionem materiæ hic subjungenda.

A Iudice.

CCLI. A Iudice requiritur, ut is pronunciet, quantum condemnatus absoluto præstare debeat *l. iudicatum 9. ff. iudic. solvi* & tum committi hæc stipulatio dicitur *l. stipulatio 21. §. habet 2. ff. de oper. nor. nunc.* Continet hoc prima trium istarum clausularum, quas hæc iudicatum solvi stipulatio habet *l. iudicatum 6. ff. h. r.*

A litigato-  
rum pro-  
curatori-  
bus.

Respectu  
iudicis.

CCLII. A litigatorum procuratoribus, & quidem respectu iudicis exigitur, ut apud quem se acturos stipulati fuerint, apud eundem agant: *si quis enim apud aliquem iudicem iturus, stipulatus est iudicatum solvi, & agit apud alterum, non committitur stipulatio, quia huius iudicis se sententia non subdiderunt. Vlpianus in l. si quis 3. pr. ff. iudic. solut.*

CCLIII. Hinc si apud Sempronium iudicem datum reus defendere-  
tur, stipulatione cautum esset, ut quod Sempronius iudex indicasset, pro-  
staretur, à cuius sententia petitor, appellavit, cumq; apud competentem  
appel-



appellationi iudicem res ageretur, reo condemnato, an stipulatio commissa esset, quaesitum sit, Scaevola, secundum ea qua proponerentur, commissam iure non esse, respondit in l. cum apud 20. ff. d. t. quia scilicet alius iudex fuit, quam ille, in quem defensor & fidejussor confenserunt.

CCLIV. A procuratoribus, quo ad ipsos, & quidem A & O-  
ris requiritur, ut eandem, qua acturi stipulati fuerint iudicatum solvi, actionem prosequantur, deq; ea iudicetur. Si quis namq; a fideiussoris procuratore stipulatus fuerit iudicatum solvi quasi in rem acturus, & postea in personam egerit, vel alia acturus actione, aliam autem dictaverit, non committitur stipulatio, quia de alia actum videtur, de alia stipulatio in reposita l. cum querebatur 13. §. ult. ff. d. t.

Quoad ipsos. & ab Actoris procuratore re quid desideretur?

CCLV. A defensore desideratur, ut causam boni viri arbitrati & absq; dolo malo, defendat, quod altera hujus satisfactionis clausula requirit, d. l. 6. ff. d. t. & non tantum cum ea, qua acceptum est iudicium, quæq; stipulationi comprehensa est, persona finiatur, sed eadem quoq; illius personæ causa, quæ stipulationis istius interponendæ tempore fuit, permaneat.

A defensore re.

CCLVI. Et ideo si ante acceptum iudicium prohibitus, fuerit procurator a Domino, & actor sciens prohibitum esse egerit, stipulatio non committitur: secus si ignorans: cum sibi defensor imputari debeat, qui sciens actorem id non monnerit. Vel si procurator datus heres Domino extiterit, atq; ita acceperit iudicium, sive etiam prohibitus acceperit, non committitur stipulatio. *Cantum hoc est in l. si ante 7. ff. d. t. Donell. d. l.*

CCLVII. Effectus, qui utriusq; tam actoris quam Rei procuratorem æque respicit, est, ut, postquam, causâ in iudicium deducta, litem contestati fuerint, istius controversiæ seu litis statim Domini fiant l. procurator 11. pr. ff. de dol. l. ab execute 4. ff. de appellat. cap. non indiscrete 1. de Procurat. in 6. l. neq; 11. l. procuratorib. 22. l. nulla 23. C. de procurat. adeo, ut ratione administrationis illius rei in controversiam deductæ dominus pro domino non habeatur, nec facultas illi sit negocia persequendi, nisi procurator sit impeditus vel infirmitate aut absentia. *Myns.*

Effect. qui utriusque partis procuratorem æque respicit. Litis domini fiunt.





2. observ. 39. aut aliæ causæ justæ, quibus transferri lis possit, interveniant *d. l. procuratorib. 22. C. d. t.*

CCLIX. Quapropter & post litem contestatam alium ut Dominus substituere potest *d. l. 4. §. fin. de appellat. l. neq. 11. C. de procurat.* Etiam de Iure Camerae, vnum aut plures, quando suam præsentiam accommodare domino in iudicio non potest, vsq; dum ipse revertatur *Ordinat. Camer. 1. part. tit. 20. §. in Fall.* Ante autem non nisi in rem suam sit datus, vel à domino substituendi alium ipsi fuerit concessa potestas *d. cap. non indiserte. de procur. in 6.*

CCLIX. Actus etiam iudiciarij ab ipso non à domino sunt exigendi, sententiaq; in ipsum proferenda *l. 1. C. de sentent. & interloc. VVesemb. par. h.*

CCLX. Ex Ordin. Camerae licet causæ non aliter quam per procuratores agantur, sententiæ tamen, sive dominus nunquam in iudicio præsens, sive ab initio comparuerit, litemque contestatus fuerit, in personam domini concipiuntur, nisi in causis injuriarum ad evitandam infamiam. *Geil. 1. obs. 111.*

Procurator <sup>n. 3.</sup>

sumptus bona fide factos repetere potest.

CCLXI. Sed & cum æquissimum sit litis impendia bonâ fide facta procuratori restitui, actio contraria ipsi datur *l. si vero 12. §. si mihi 9. l. servus meus 19. ff. mandat.* qua illos sumptus, sive adhibere negotio finem potuerit, sive non *l. qui mutuam 36. §. ult. ff. d. t.* à Domino, vel ex iudicatione si non sit solvendo, petere potest, nisi in rem suam procurator datus sit *l. actoris 30. ff. de procurat.* Sicut enim ex mandato apud eum, qui mandatum nihil remanere oportet, ita nec damnum pati debet. *l. ex mandato 20. ff. mandat.*

Salarium petere.

CCLXII. Et ne gratis omnino laborem alienis impendat rebus, salarium in laborum saltem remunerationem petere extra ordinem non prohibetur *l. solarium 7. ff. h. t. l. 1. C. eod.* neq; hoc ipso, quoad cætera, mandati actio vitatur *l. si remunerandi 6. pr. ff. mandati.* Quid de Iure Camerae in illo observetur, videnda quæ supra de Advocatorum salario annotavimus. *Atq; hi effectus Mandatarium respiciunt.*

Effectus Mandantis.

CCLXIII. Inter eos, qui mandanti competunt, hic est, ut man-



mandatori, si causam, quam exequendam suscepit, perse qui  
nolit, iudicio mandati Procur. teneatur. *l. si procuratorem 8. §. sed*  
*et 2. l. in commodato 17. §. sicut 3. ff. mandat. Commo*

Procurator  
mandati  
iudicio te-  
netur.

CCLXIV. Quod si procurator litem quidem persequatur,  
& tamen negligenter, aut imperite causam administret: (om-  
nis namque culpa, præsertim in negocijs Iudicialibus, ipsi  
imputatur *l. procurator 11. l. à procuratore 13. C. mandat.*) vel fines  
mandati excedat, aut alias non ex bona fide, quam eum præ-  
stare oportet *l. idem 10. pr. ff. mand. rem gerat*, eodem ipsi ob-  
ligatus iudicio *d. l. si procuratorem 8. §. proinde 10. l. si vero 12. §. si ado-  
lescens 11. ff. cod.*

CCLXV. Vnde si per collusionem ejus absolutus sit adversa-  
rius *d. l. 8. §. sed et si 1.* actione mandati ad suum interesse conse-  
quendum, si procurator solvendo sit, dominus uti poterit *l. si procurator 10. C. de procur.* Si vero solvendo non sit, & adversa-  
rius sciens malaque fide cum procuratore contraxerit adver-  
sus eum de dolo actionem intentare *l. et eleganter 7. §. si dolo 9. d. l. 8. §. 1. mandat.* vel exceptione doli se tueri potest *l. si procura-  
tor 9. ff. de dol. mal.*

CCLXVI. Sin bona fide cum ipso contraxerit, verius est e-  
um adversus dominum restitutione in integrum non juvari,  
etiamsi procurator solvendo non sit; ne scilicet illi procura-  
toris negligentia & fraus, cui nulla doli culpa imputari po-  
test, noceat, dominus vero, cui soli potest, & debet damni  
procuratoris negligentia dati culpa adscribi, ut qui sibi impu-  
tet quod fideliori & diligentiori administrationem causæ non  
commiserit, exinde lucrum faciat *l. ex hoc 3. §. plane 1. ff. de eo  
per quem.*

CCLXVII. Quod si autem istius domini talis fuerit conditio,  
ut idoneo satis demandare negocia sua non potuerit, sicut ea  
proficiscentibus facile contingere potest, qui propter sum-  
mam sæpe festinationem & alia quæ moram pati nequeunt,  
impediuntur, quominus idoneum constituent. Ut ratio  
his cessat, ita optime beneficio restitutionis gaudent. *l. sed  
et si 26. §. item 2. ff. ex quib. caus. maior.*





Procurator  
rationem  
domino  
redde-  
re debet.

CCLXIX. Deinde: cum ut in cæteris negociis, ita etiam in litibus ex bona fide rationem reddere debeat; dominus, si procurator rationes reddere distulerit, id quod ex lite consecutus fuerit sive principaliter ipsius rei nomine, sive extrinsecus ob eam rem, iudicio mandati petere poterit *l. qui proprio 46. §. procurator 4. ff. de procurat.* Bonæ namque fidei, inquit Ictus, non congruit, ut de alieno lucrum sentiat *in d. l. 10. §. 3. ff. mandat.*

Actio judi-  
cat. solv. u-  
tilis man-  
danti ac-  
quiritur.

CCLXIX. Si vero ea qua par est fide & diligentia litem procurator executus fuerit, tunc ab ipso actio ex stipulatu iudicatum solvi in actorem transfertur, & quidem utilis, ita ut mandanti ista agi saltem liceat, directa penitus sublata *l. in causa cognitione 27. ff. de procurat.*

CCLXX. Agens itaque procurator ex ea stipulatione exceptione doli repellitur *l. si procurator 28. ff. d. t.* Dolo namque facere videtur, qui ex ea stipulatione agit, ex qua si ei solvatur, liberatio solventi contingere non potest.

Exceptio  
Rei judica-  
tae.

CCLXXI. Reo non condemnato exceptio rei iudicatae per procuratorem acquiritur. *l. rei iudicata 4. l. si mater 11. §. hoc iure 7. ff. de except. rei iudic.* quam opponere potest, quoties eadem quaestio inter easdem personas revocatur. *l. Iulianus 3. ff. d. t.* Quacumque enim ratione, inquit Ictus, procurator tuus à me liberatus est, id tibi quoque prodesse debet, *in l. quacumque 50. ff. de procurat.*

Adversus  
illos Actio  
judicati  
quoque da-  
tur.

CCLXXII. Procuratores autem si deteriore calculum abstulerint in dominum actio iudicati datur *l. Plautius 61. ff. de procurat. l. si se 4. pr. ff. de rei iudic.* nisi in rem suam dati sint procuratores, aut liti se obtulerint *dd. ll. Atque hæc de Effectu & Constitutione Procuratorum dicta iam sufficiant: nunc postremo recensendum:*

QVIBVS MODIS DISSOL-  
VATVR.





**CCLXXIII.** Qua in parte vulgaris in memoriam revocanda est regula. Vnum quodq; scilicet eodem, quo colligatum est, dissolvi modo *l. nihil tam naturale 35. de R. l. Mutuo* ideoq; Mutuo cō- quo contractum est, consensu mandatum hoc procuratori- sensu. um dissolvetur *Vvesemb. p. b. n. 11.*

**CCLXXIV.** Alterutrius autem consensu non semper: Ne- Alterutrius que enim dominus, quando cumq; vult, mutare procurato- ante litem rem, neq; procurator pro lubitu mandato renunciare potest, contestat. Sane ante litem contestatam utpote re adhuc integra libera- ram mandator habet potestatem mutandi procuratorem *l. ante 16. ff. h. t.*

**CCLXXV.** Etiam defensorem, quamvis defendendi do- Etiam si minum causa iudicatum solvi satis dederit. Est enim (*verba sunt* defensor *Donelli*) & isti defensori ac propter defensorem etiam Domi- fatis dederit. no ad revocandum res integra. Nam neq; defensor domino tenetur mandati, utpote revocato mandato, neq; iudicatum solvi stipulatio ita obligat eum adversario; quia potest iure ob causam justam, qualem sat habet, si dicat, mandatum, quod defensionis causa susceperat, revocatum esse, recusare *l. sed & ha 35. §. defendere ult. l. mutus 43. §. fin. cum. ll. seqq. ff. de Procurat. Donell. 18. Com. 17.*

**CCLXXVI.** Post litem autem contestatam non nisi causa Post lit. cō- cognita *l. post 17. pr. ff. de procurat.* Idq; ex natura mandati, test. non nisi causa quod mandatum revocari non potest, ubi domino res inte- cognita, gra esse desit *l. recte quoq; 9. Inst. Mandat. quod mandatario lite jam contestata contingit l. 21. & 23. C. de procurat.*

**CCLXXVII.** Causas illas eleganti ordine tradidit Donel- Cause pro- lus & commodis verbis expressit, ex quo & eius quidem ver- pter quas bis illas recensebimus. *Causa, inquit, iusta, propter quam li- revocat, ceat, domino post litem contestatam etiam invito adversario procura- torem remove, genere duplex est. Vna à voluntate procuratoris, al- tera à facultate. A voluntate si suspectus postea fiat procurator, ut me- tus sit, ne iam non ex fide rem gerat. l. item suspectus 19. ff. de procu- rat. A facultate, si in certa voluntate rei bene gerenda, tamen re ali- qua necessaria sive publica, sive privata impeditus, rem commode ad- ministrare non possit. l. aut longa 23. ff. d. t. Suspectum domino procu- ratorem tria faciunt, quibus etiam de causis ex hoc genere placet pro-*



curatorem mutare licere; si inimicus postea fiat, si affinitate aliqua ad-  
versario iungatur, si heres ei existat, quæ causa comprehensa sunt in l.  
vel exilio 21. & l. seq. ff. eod. Facultatem litis recte administranda pro-  
curatori adimunt, partim impedimenta natura, partim occupationes  
tam publica, quam privata. Impedimenta natura, quibus, ut etiam si ve-  
lit, tamen rei gerendæ operam præbere eiq; instare non possit exempla  
huius sunt in d. l. 17. infm. l. 19. 20. 23. d. t. Occupationes procurato-  
ris eandem potestatem domino tribuunt. Publica quidem certò, ut si  
munere aliquo publico aut magistratu fungi ceperit, si acceperit publi-  
cum ministerium Religionis, quod Modestinus vocat religionis bene-  
fium in l. aut religionis 18. ff. de procur. Sed & privata, ut si here-  
ditas delata eum occupet. si iudicium publicum privatumve, aut alia  
res maior d. l. 17. l. reb. hereditas 10. l. vel iudicio 20. ff. d. t. Pulcre  
adhunc modum causas connexit Donellus, quas hujus ver-  
bis, licet benè multis, cum commodiorib; exprimi vix pos-  
sint, referre visum fuit.

CCLXXIX. Atq; his ex causis mutatio procuratoris do-  
mino facile permittitur, ut honeste vix se illi procurator  
opponere queat. Ferendus namq; non est, qui sibi procu-  
rationem adserit; cum hoc ipso, quo operam suam ingerit  
invito suspectus sit: nisi forte purgare magis convictum quam  
exequi maluerit: hætenusq; erit audiendus, si dixerit: se  
procuratore quidem carere velle, modo illæsa existimatio-  
ne sua id futurum.

Quando  
his causis  
se opponere  
procurat.  
possit?

CCLXXIX. Plane si affirmaverit, in rem suam se procu-  
ratorem datum, & hoc probaverit, non debet carere pro-  
pria lite. Item si retentione aliqua procurator uti velit non  
facile lis ab eo transferenda nisi Dominus solvere ei paratus  
sit l. quæ omnia 25. ff. l. nisi dominus 26. ff. de procurat.

Omnia iu-  
dicii à Pro-  
cur. trans-  
ferenda.

CCLXXX. Sicut & hoc in causæ cognitione versatur, ut  
ita demum transferri à procuratore iudicium permittatur, si  
quis omnia iudicii ab eo transferre paratus sit: Cæterum si  
velit quædam transferre, quædam relinquere, iuste procura-  
tor hanc inconstantiam recusabit l. in causæ cognitione 27. ff. d. t.

CCLXXXI. Atq; hæ causæ idoneæ sunt ad removendum  
pro-



procuratorem viventem adhuc & Romanorum quem *l. post li-*  
*tem 17. pr. ff. de procurat.* Quod si civitatem amiserit, quoniam  
pro nullo & mortuo in civilibus negociis, quale est procu-  
ratorium, *l. femina 2. ff. de R. I. habetur l. quod attinet 32. interci-*  
*dit 59. de condit & demonstrat.* non nisi stulte quis quæreret, de  
causa ipsum removendi, qui jure civili esse desit.

CCLXXXII. Idem si mors alterutrius naturalis contigerit:  
eo enim ipso mandatum hoc procuratorium solvitur *l. inter*  
*causas 26. pr. l. si quis 27. §. morte 3. ff. mandat.* si res adhuc sit inte-  
gra *d. §. recte 9. Inst. eod.*

CCLXXXIII. Quod si res desierit esse integra, ut pote si pro-  
curator per ignorantiam mandatum impleverit vel inchoa-  
verit, licet morte mandatoris, ut inquit Ictus *in d. l. 26. per*  
*mandatum solutum sit,* obligatio tamen ad huc durat, utili-  
tatis causa, ne damno, qui suscepit afficiatur *l. si mandassem 15.*  
*d. l. 26. pr. ff. mandat.*

CCLXXXIV. Sin procurator decesserit & heres expedi-  
erit negocium non mandati *d. l. si quis 27. §. si morte 3. ff. eod.*  
Sed negociorum gestorum *l. nam & semus 21. §. 2. ff. negot. gest.*  
*Vvesemb. in p. ff. de mand. n. 9.* Atq; hæc etiam de Procumtori-  
bus à privatis ad privatorum causas constitutis, sufficiant.

### DE SYNDICIS.

CCLXXXV. Cæterum cum non privato tantum procu-  
ratorem, sed & toti Vniversitati vel collegio ad exemplum  
Reip. ut res communes & arcam communem, ita & Actorem  
sive Syndicum habere permissum sit, per quem (cum per se  
ista corpora, commode, & sine adversarii forte injuria agere  
& defendere semet ipsa nequeant) tanquam in Rep. quod  
communiter agi, fieriq; oporteat, agatur, fiat, *l. neq; 1. §. qui-*  
*bus autem 1. ff. quod cuicumq; universit. nom.* post consideratio-  
nem procuratorum à privatis ordinatorum tractatio de Syn-  
dicis recte subjungitur.

CCLXXXVI. Horum genus cum superiorum genere coin-  
cidit. Administratores namq; seu Actores itidem causarum  
sunt; & sicut privatorum procuratores causas illorum ritè ad-  
mini-

Quinam /a  
ob has cau-  
sas remo-  
veri poss.

Procura-  
tores di-  
stinguuntur

Genus  
yndicorū



ministrare: ita & hi universitatis seu Collegii negocia per-  
agere debent. Vnde procuratoris partibus illos fungi, di-  
cit Paulus in l. item eorum 6. §. actor. 3. ff. d. t.

Actores  
quoq; di-  
untur.

CCLXXXVII. Appellantur quidem sæpe Actores simpli-  
citer d. l. 1. §. 1. & l. 2. l. item 6. §. actor. 3. d. t. l. nec civitatis 74. ff. de  
Procurat. quamvis locum generis obtineant, & ad privato-  
rum negocia nonnunquam referantur, ut cum ad negocia  
pupilli administranda, si forte tutor adversâ valetudine, vel  
alia necessitate impediatur, vel pupillus absens vel infans sit  
(si enim præsens, remq; intelligat, ipse veluti Dominus tu-  
tore seu Curatore Interveniente procuratorem ordinare  
potest l. neq; 11. C. de procurat.) decreto prætoris vel provinciæ  
præsidis, constituuntur d. l. neq; 11. §. quod si ult. Inst. de Curator. l.  
decreto 24. pr. ff. de admin. sut.

Qui con-  
stitui Syn-  
dici pos-  
sunt.

CCLXXXIIX. Subiectum quoq; quod constitui potest,  
convenit cum superiori. Omnis namq; qui procurator esse  
potest, Syndicus recte ordinatur: & è contra, quos à procu-  
ratione removeri diximus, multo ad Syndicatum minus ad-  
mittuntur. Absurdum siquidem sit, illis negocia publica cre-  
di, qui ne privatis commodè præesse possunt *Vesemb. b. t. n. s.*

Qui nam  
constituunt

CCLXXXIX. Illud autem, quod constituere ipsum, & qui-  
dem mandato, potest, Universitas sive Collegium est: an no-  
bilitium, an civium sive Rusticorum sit, nihil interest: modo  
illis collegium habere concessum. Non enim omnibus, in-  
*quit Ictus*, passim corpus ejusmodi habere permissum est.  
Nam & Legibus, Sctis, & Principalibus Constitutionibus ea-  
res coërcetur, veluti suspecta & perniciosa, tum propter con-  
juraciones in corpus. *Duaren. ad d. t.* tum ob sumptus & laxa-  
tionem disciplinæ, tum propter frequentes, ut plerumque  
fit, collegiarum commestationes. *Vesemb. p. ad d. n. 2.*

Univer-  
sitas Colle-  
gium.

CCXC. Ipsam Universitatem & Collegium dixi ordinare  
Syndicum posse, si scilicet omnia istius Universitatis vel col-  
legij corpora facile convenire in unum possint. In his enim,  
cum de re omnium communi agatur, utilitas singulorum exi-  
gere videtur ut omnes, qui sunt ex eo corpore, jusq; suffra-  
giorum habent vocati ad id, compareant, consentiant; in-  
eum, quem communem Actorem esse volunt.



**CCXCL.** Qui itaq; in Univerſitate vel Collegio quidem ſunt, ius tamen ſuffragiorum non habent fruſtra ad eligendum conſtituendumq; illum, qui agat Univerſitatis nomine, eamq; defendat, vocantur. Ut ſunt Impuberes, quod animi iudicio careant *§. 1. Inſt. quib. non eſt perm. teſt. fac. l. 12. §. 2. de Indic. illorumq; ætas etiam, quid videat, ignoret l. ult. C. de falſ. monet. Puberes admittendos eſſe Specul. putat, part. 3. tit. de Synd. n. 3. pr. niſi ſpecialis conſuetudo, quæ præcipuè hic attendenda eſt l. 6. pr. h. t. aliud introduxerit. *VVeſemb. P. d. l. n. 4.**

**CCXCII.** Mulieres itidem ad hoc vocandæ non ſunt, cum ab omnibus officiis publicis & civilibus remotæ ſint l. 2. d. R. I. Niſi ubi fæminis collegium habere moribus permiſſum, ut in Monafterijs, Xenodochijs &c. Tunc enim Syndicum conſtituere non prohibentur per l. 17. C. de Episc. & Cleric. Specul. *VVeſemb. dd. ll.*

**CCXCIII.** Quod ſi difficile Univerſitas in unum cogi poſſit, ut ſit in civitatibus propter varietatem multiplicem, & magnam civium frequentiam, ipſa neceſſitas curam Reip. ad Ordinem Magiſtratum deduxit *arg. l. 2. §. deinde 9. de O. I.* qui pro alijs ad Reip. ſalutem pertinentibus ſe interponēs, Actorem quoq; conſtituit *l. nulli 3. ff. h.*

**CCXCIV.** Et quidem vel Lege aut conſuetudine præſcriptum (veluti ſi jubeat conſtitui majorem natu, aut peritiã potiorem, aut alium ex certo ordine, certavè familia hominem, *VVeſemb. p. h. n. 4. d. l. nulli 3. h. t.*) ſaltem pronunciano *d. l. nulli 3. h. r.*; vel ea ceſſante, ipſe, quem velit, eligendo, vel alio conſtituendum, committendo: parvi namq; refert, ipſe ordo elegerit, vel alius, cui ordo negocium dederit *l. item eorum 6. §. ſi de curiones 1. ff. h.*

**CCXCV.** Conſtituiſſe autem videtur, ſive omnes, qui ſunt in ordine, dederint, ſive plures (quæ totius curiæ inſtar exhibent *l. nominationum 46. C. de Decuriori.*) iſtius ordinis partes *d. l. 3.* cæteris etiam abſentibus, quos tamen vocare ad hoc oportet *l. obſerva 25. 2. C. de decurion.* Nominationũ namq; forma vacillare non debet, ſi omnes, qui albo curiæ detinentur ad eſſe non poſſunt, ne paucorum abſentia, ſive neceſſaria ſive

Qui juſſuffragio-  
um non  
habent nõ  
ſunt vo-  
candi.

Impube-  
res.

Mulieres  
quandoq;

Conſtituit  
etiam Syn-  
dic. ordo  
Magiſtra-  
tus.

for-



fortuita debelitet, quod à majori ordinis parte salubriter cōstitutum est *d. l. nominat. 46. C. d. t.*

Ex quibus  
eligatur  
Syndicus.

CCXCVI. Eligunt autem Syndicum, vel ex ordine & corpore decurionum, & ipsis quidem, quibus potestas eligendi data est *l. plane 4. h.* quo pacto patris suffragium filio, & filij patri prodest *l. illud 5. ff. d. t.* item eorum, qui in ejusdem potestate sunt. Quasi Decurio enim hoc dedit, non quasi domestica persona *d. l. 6. h. t.*

CCXCVII. Nisi uni hæc electio commissa sit, qui se ipsum constituere nequit, *l. prator. ult. ff. de Offic. Prator. l. Praeses 5. ff. de Offic. Praesid. l. prator 4. ff. de tut. & curat. dat.* Eo ipso enim, cum sponte se ingerit suspectus est *l. quæ omnia 25. in. pr. ff. de Procurat.*

CCXCVIII. Vel si in illo idoneus inueniri non possit, ex ipsa Vniuersitate; Sin nec in hac, extraneus desumendus constituendusq; secundum legem perpetuamq; consuetudinem unicujusq; Vniuersitatis: qua deficiente secundum juris communis formam, quam describit *Vesemb. d. l. n. 7.*

Instrumentum  
conficiendum.

CCXCIX. Postquam ita electus & constitutus est Syndicus instrumentum conficiendum quo contineatur, quod omnes, vel major Vniuersitatis pars ad sonum campanæ, vel vocem præconis congregata more solito Syndicum fecerit *Specul. d. l. n. 16.* quo facilius, à quibus, contra quos, ad quas causas, ad quæ negocia, quo modo, quare, & quo tempore constitutus sit, cognosci queat.

Circa quas  
causas Syn-  
dicus non  
versatur

CCC. Cognitis jam subjectis quæ constitui, & constituere, ac quo modo, Syndicum possunt: Objectum nunc considerandum. Illud cum procuratorum à privatis ordinatorum fere coincidit, paucis tamen discrepat. Syndicus enim in causis privatorum, quatenus talis, constitui non potest, *arg.*

Causas pri-  
uatorum.

*l. si municipes 2. ff. h. t.*

Capitales.

CCCI. In Criminalibus & capitalibus quidem (in quibus procuratorem privatorum interuenire non posse, ante demonstraui) Vniuersitatem recte ordinare Syndicum de jure Ciuili potuisse non obscure videtur. *arg. lib. 1. s. quibus. d. l. 6. si decuriones. ff. h. t.* Ne dicam, quod fieri fere hoc non possit, si collegium vel tota uniuersitas quum agit vel excipit

fin-



singulaq; eius corpora verba pro se facere velint, nec quemquam habeat, qui illorum nomine agat; & valde etiam cum aduersarii injuria coniunctum foret, si ille pluribus, & totidem Vniuersitati vel collegio spondere cogeretur. In Camera hæc obseruari testatur *Geil. 1. de P. P. 10. n. 11. & 2. de P. P. 9. n. 3. Myns. 4 obser. 76.*

CCCII. Nec omnibus omnino causis, omnibusq; vniuersitatis negociis Syndicus præficitur. Qui enim multas & pœnas vniuersitatis persequuntur, Procuratores filci dicuntur vulgo Fiscales. Qui pecuniam Vniuersitatis aliaq; negocia eò pertinentia tractant Administratores Civitatis propriè appellantur. *1. de administ. rer. ad ciuit. pertin.* Qui autem negocia civitatis extra judicialia persequitur, Curator solet nominari *l. 30. legat. gest. VVesemb. p. h. n. 3.*

Et alias,

CCCIII. Atq; ut illis vniuersitatis vel collegij causis Syndicus & certus rerum administrator constituatur necessitas & utilitas ipsa, non tantum Vniuersitatis, sed ipsorum etiam qui contra illam litem movent, exigit: quippe quia nec agere nec convenire nisi per Syndicum commode, ut ante diximus, possunt. Deinde ne bona communia ob rem non defensam possideantur ab alijs, & post modum vendantur etiam, cum res communes, plarumq; neglectui esse soleant, quasi alienæ, nisi certus his rebus administrator præficiatur *l. 2. pr. qn. & quib. quart. pars deb.*

Finis Syndicorum.

CCCIV. Facile ex his igitur definitio Syndici exstruitur, quod scilicet sit actor idoneus, ab vniuersitate vel Collegio ad administrandas Vniuersitatis vel collegij res, eo, quo par est, modo constitutus, ut per illum agere & conveniri queant, neve bona illorum negligantur.

Definit Syndici.

CCCV. Effectum quod attinet: eandem potestatem habet cum procuratore, cuius partib. fungi dicitur *in d. l. 6. §. fin. h. &* semper cum libera intelligitur constitutus, quamvis tamen tutius sit si speciale ei mandatum detur. Vnde & iuramentum præstare, & definire nomine Vniuersitatis, aliaq; multa, quæ speciale alias mandatum exigunt facere potest. *Vt putat VVesemb. d. l. n. 8.*

Effectus.



Quomodo  
finiatur.  
MorteSyn-  
dici.  
Non con-  
stituentis  
semper.

CCCVI. Finitur iisdem fere Syndicatus, ut procuratio  
modis. Nam sicut hæc morte mandatarij, ita ille quoq; si Syn-  
dicus è vivis discesserit, solvitur. Non autem ut illa consti-  
tuentis: ita hic ipsorum, qui Syndicum constituunt nomine V-  
niversitatis, morte finitur. Universitatis quippe, cujus nomi-  
ne, & non singulorum intervenit *l. si municipi 2. ff. b.* diutius  
persistere, neq; cum constituentibus desinere quandoque  
potest.

12/e

Et aliis  
modis.

CCCVII. Ex quibus deinde causis, inquit ICtus, mutandi  
procuratoris, Actoris quoq; potestas est *d. l. 6. §. actor. univers. 3. b.*  
Atq; hæc etiam de Syndicis annotare volumus. Quæ præ-  
terea in materia procuratorum huc pertinent, ut plura sunt,  
illic defumi, & huc transferri possunt. Atq; de personis in u-  
niversum quæ mandata alterius pro alio interveniunt.

10  
11

CCCIX. Posset & hoc loco de illis, qui quidem cum man-  
dato, sed non alienas causas, ut procuratores in rem suam da-  
ti: quiq; sine mandato pro alijs agunt, ut sunt Tutores, curato-  
res, parentes, fratres & alij, tractari. Verum cum de his, eo-  
rumq; præstationibus alio etiam loco commode agatur, il-  
lorum tractatio, in illum usq; locum differri potest.

CCCIX. Sicut & tertia, quæ subjectum judicij constituit,  
persona, Iudex videlicet, subjungi merito deberet; cum au-  
tem nullus sit iudex, nisi qui juris dictionem habeat: pro-  
indeq; hæc persona sine consideratione materiæ Jurisdic-  
tionis optime tradere nequeat, illam, cum præter opinionem  
præsens excreverit, in aliud ( si illi, qui supra nos est, ita pla-  
cuerit) reservantes tempus, finem cum Deo huic labori  
jam facimus, nostroq; nos muneri hucusque functi,  
habemus, cur supremi benignitatem Numinis  
grato de hinc animo veneremur  
æternum.

Uly pdaunus iudex  
ebat iudicium  
iudex pdaunus iudex  
pdaunus iudex qd iudicium

1. qd tñ hñ notitiam de facto.
2. non pñ iudicium datur l. 5. c.
3. Non pñ qd pntentia l. 5. de R. 1.
4. Unde in l. 1. de iudic. opponit mag. fratres, qd iudicium ut hñ.
5. Et expressè negat in l. 1. de iudic. Co. ubi d. ap. qm in integri



COROL-





## Corollaria.

### I.

ICtorum, in Academiis creandi Doctores  
privilegium habentibus, renunciatorum Re-  
sponsa, aequae iudicibus praesudicium facere, ut ab  
illis (modo principis iuris conveniant, vel ex iis  
per bonam consequentiam deducta sint) recede-  
re nequeant, ac à Veterum Prudentum respon-  
sis, verius est.

### II.

Nec ceterorum ICtorum, quibus ab Impera-  
tore ius respondendi concessum est, opiniones au-  
toritatem ita necessariam habuisse, quin ab illis  
recessum, alteraq; alteri praelata quandoque fue-  
rit.

### III.

Reipsa in iure esse infamiam aliam & qui-  
dem leviozem vera illa, licet nomina illa, iuris &  
facti, quibus communiter solent illam dividi, non  
reperiantur, negari non potest. Illam itaq; sive  
facti, sive alio nomine convenienti, modò quid eo  
velis, constet, appelles, nihil refert.

### H

4. Pro-



IV.

*Prodigus eo ipso quidem, quo pecunias perdit, talis est, & recte etiam dicitur. Aristoteles 4. Ethic. I Ut vero effectum habeat, id est, ut nihil agere, aut contrahere vel contrahi cum ipso possit, interdictio bonorum requiritur.*

*Verū est de pupillo proxi-  
mo p̄bitati.*

*Pupillus ex contractu sine tutoris autoritate inito, naturaliter, etiamsi locupletior factus non fuerit, obligatur.*

MONITI MELIORA SEQUEMUR.  
SOLI DEO GLORIA.





Helmstedt, Diss; 1622-36

ULB Halle 3  
004 548 183




f

sb.

VDA7











1623,1

DISPUTATIO IURIDICA  
*De*  
GENERE JUDICII,  
AC QVIBVSDAM PERSONIS,  
ACTORE ET REO, HISQVE SVB  
SERVIENTIBVS PERSONIS, AD VOCA-  
TIS, PROCVRATORIBVS, ET SYNDICIS  
SVBIECTVM ILLIVS EX PARTE CON-  
STITVNTIBVS.

*Quam*  
D. O. M. D. & A.  
SVB PRAESIDIO  
*Viri*  
*Clarissimi ac Consultissimi*  
D N.  
IOANNIS THOMAE CLVDII  
ICTi, & in Illustri hac Academia Iulia Professoris Pu-  
blici ac Ordinarij, Praeceptoris ac Promotoris  
sui summè suspiciendi &c.

*Publicae disquisitioni*  
*subyctae*  
IOACHIMVS VVECKE  
Hannoveranus  
*Ad diem 3<sup>o</sup> Mens. Maij.*  
In novo Iuléo  
*Horis tam ante: quam p<sup>o</sup>meridianis.*

HELMÆSTADII,  
Typis heredum IACOBI LVCI,  
Anno cl<sup>o</sup> Is cXXIII.

Præst<sup>um</sup> ac litteratis <sup>miro</sup> virum Dr. Alberti  
Höckerbergi Lt. Carol. merit<sup>um</sup> amicū vobis  
et sinceris animo color dāno, ad ventilationem  
harrum hōfina peramante vital